





VIII, 19

2.238.



BREVIS  
*AD*  
MATERIAM ME-  
DICAM  
*IN*  
USUM  
PHILIATORUM  
MANUDUCTIO.

---

LIPSIÆ,  
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.



PHARMACOPŒA  
BREVIS  
MATERIA  
DICAM  
USUM  
PHARMACOPŒORUM  
MANUDUCTIO



bari p  
Patho  
mus,  
noru  
tione  
rem i  
prius  
num v  
test, n  
prius.  
Pharm  
cimus  
Quæ o  
sunt v  
ejus o







# PRÆFATIO AD PHILIATROS.

**M**edicum esse *Artificem sensatum*, non sine emphasi scriptum reliquit *Sanctorius in Commentar. ad Artem parvam Galeni*. Quod ipsum luculenter per omnes Medicinæ partes actutum probari potest. Etenim quid in *Physiologia*? quid in *Pathologia*, & huic connexâ *Semioticâ* proficimus, sine sensuum, tam externorum, quam internorum, adminiculo? Nihil, vel parum. Quâ ratione *Dietam* nostris Clientibus ordinamus, nisi rem ipsam oculis nostris, vel aliô sensu externô prius usurpaverimus? Nemo siquidem v. g. Vinum vel carnem suillam Patienti prohibere potest, nisi ratione gustûs hæc vel alia probaverit prius. Denique, quid in *Chirurgicis*, *Chymicis* atq; *Pharmaceuticis*, sensuum beneficiô destituti, efficiamus? idem, quod in superioribus, h. e. nihil. Quæ omnia magis vera videntur, & omninò sunt vera, circa **MATERIAM MEDICAM**, cujus cognitio quòd Practico-Medico summè fit





necessaria, & ministeriô sensuum acqvirenda, evincit inter alia Judicium, quod tam de *Simplicium, quàm Compositorum* naturâ & Qualitatibus naturalibus, aut adscititiis (sub quibus *Mangonia* etiam atqve adulteria *Simplicium* comprehendo) semper ferre tenetur, si Curationi Morborum ritè vacare velit.

Quomodo enim ægrotanti hoc svadere, alterum dissvadere poterit, nisi fuerit imbutus notitiâ eorum, quæ svadet vel dissvadet? Quî medicamenta (cujuscunqve etiam sunt scopi) inveniet, si hospes existat in naturâ, & ejusdem gazophylaciis? ignoti enim nulla cupido!

Omniùm autem optimè acqviritur prædicta cognitio **MATERIÆ MEDICÆ** beneficiô *Autopsiæ*, quam hîc locò duplicem constituo, immediatam sc. & mediatam.

*Priorem* sic voco, quando rem in suô locò naturali contemplor ipse, prout vel in se est, aut progerminat, aut effoditur, vel præparatur etiam &c.

*Posteriorem* adpello, quando extra locum naturalẽ, naturalia conspicio, eaq; vel integra, sed exsiccata, aut indurata, & aliô quovis modo nobis transmissa; vel quoad partes & confracta, ut fructus, semina, cortices, qualia pleraqve ad nos medicinalia ex Indiis & aliis locis nunc adferri solent.

Nos priori (quoniam Indias invisere, centesimo vix contingit Medico) destituti, debemus esse



esse contenti posteriori, h. e. mediatâ, quæ vel solâ fide nititur *Mercantium*, vel relatione *Scribentium*.

*Fides Mercantium* hâc in passu debet esse infutata, quia tangunt hæc, quibus ista (sc. Fides) nititur, Sanitatem hominis, optimum vitæ gameliam. Quàm profundum itaque cauterium Conscientiæ suæ inurant ejusmodi stelliones (vid. *Panciroll. p. 40.*) qui merces aut medicamenta adulterant, aut corrumpunt, quivis sanæ mentis colligere potest. Ast quid non mortales cogit auri sacra fames? Certè abnegant Batavi, quæstûs & mercaturæ causâ, Christianismum apud Chineses; Quid fiet de Simplicibus? quæ ab illorum arbitriô hac ratione penitus dependent. Hæc & alia monet quidem cordatus Medicus, sed corrigere non valet; atque ob id Practicantium conditio multò redditur deterior, reliquorum artificum fortunâ.

*Relationes Scribentium* sunt vel *oculatae*, vel *auritæ*; utraq; vicissim vel *antiquatae*, vel *recentiores*.

*Oculatas antiquatas* quod spectat, illas quidem non rejicio; Quoniam verò plurima completuntur, quæ jam vel abolita sunt, vel à multis retrò seculis dubia manserunt, qualia infinita ferè occurrunt in *Theophr. Eresio, Dioscoride, Galeno, Plinio &c.* & in hunc usque diem conciliari nequeunt; valdoperè etiam non commendo vobis, sed potiùs *Recentiores* præfero; in quibus multum omninò desudarunt *Garz. ab Horto, Job.*



*Manardus, Carol. Clusius, Christ. à Costa, Gvielh. Pifo, Prosp. Alpinus, Jac. Bontius, Cornutus, Wormius, & alii; quibus certò respectu plus tribuo, quàm omnibus ferè ex Antiquorum profapiâ. Nam licet quæram nunc ex Mercatore moderno, quidnam sit v. g. Veterum Carpesium, quid Lycium, quid sit Cinamomum Dioscoridis? tamen nihil poterit determinare, quoniam usu videntur hæc abolita, sed vendet mihi illud v. g. quod nunc pro cinamomo ab omnibus habetur. Et sic in reliquis!*

*Auritas quod concernit, siue antiquatæ fuerint, siue recentiores, nisi cum re conveniant, neutræ omnino sunt alicujus utilitatis vel ponderis. Quapropter non immeritò scripsit alicubi Ruellius: Nulla incertior est Medicina, quàm quæ ex alieno petitur Orbe. Etenim, unde hæctenus tot dubia, falsa & inutilia irrepserunt in rem medicam & Catalogos Officinarum, nisi ab unico hõc principiò, quòd fidei & Relationibus auritis sæpissimè credere cogamur, ob defectum auroscopias immediatæ? Hinc (1.) multa ex naturalibus habitata fuerunt ab Autoribus pro artificialibus, & contrà. Sic terra Catechu seu Japponica dicta, artificiale est, nequicquam naturale quid. Contrà: Porcellanæ in naturalium classem, non artificialium reponendæ; nec immeritò hæc ratione Spermæ Ceti ex naturalium serie exterminatur, ut & Arsenicum album, quod factitium est. Et sic de reliquis Artificialibus, qui Cap. V. Catalogi continen-*

tine  
Cuj  
erat  
tiam  
cont  
fruct  
chini  
Nux  
habit  
obse  
(4.) C  
quâ,  
silent  
esset f  
lata n  
pasta  
la, qu  
mixta  
fossilib  
Piscis  
pro C  
confe  
radig  
li, q  
quo I  
pharr  
ptione  
ralibus  
bus, a  
mante



tinentur. (2.) *Animalia pro Vegetabilibus reputata.*  
 Cujus ignorantiae crassae vestigium nuper adhuc  
 erat conspicuum in quodam Practico, qui *Essen-*  
*tiam Castorei* ex Vegetabilibus praeparari, ruditer  
 contendebat. (3.) *Insecta pro fructibus aestimata, &*  
*fructus vel semina pro fungis.* Exemplum praebet *Co-*  
*chinilia*, antequam perfecte cognoscebatur. Sic  
*Nux Vomica* haecenus à *Cesalpino* infallibiliter,  
 habita fuit pro fūgo; gemma verò vel cyma in illa  
 observatum, fructum vel Semen esse, demonstrat.  
 (4.) *Composita pro Simplicibus, ut Chocolata;* de  
 qua, & ejus compositione altum primitus erat  
 silentium, & à multis inter Simplicia relata, ac si  
 esset simile quid Rhob Sambuci; quamvis *Choco-*  
*lata* nunc detur, quae ex solo fructu *Cacao* com-  
 pastata, à mercatoribus dicitur; secus autem il-  
 la, quae aromata & alia cum fructu *Cacao* com-  
 mixta recipit. (5.) *Animalium partes confusae cum*  
*fossilibus, & contra:* Sic *Glossopetrae* pro dentibus  
*Piscis carchariae*, & vicissim, *Dentes* hujus *Piscis*  
 pro *Glossopetris* habiti, unanimi physicorum  
 consensu. (6.) *Ficta vel falsa pro veris obtrusa;* Pa-  
 radigmatis loco est *terra Melitensis* vel *S. Pau-*  
*li*, quae communis est terra, & tamen nescio,  
 quo *Divi Pauli miraculo*, ipsi tot virtutes alexi-  
 pharmacae sint attributae? vid. *Niderstedii descri-*  
*ptionem Insulae Melitae.* (7.) *Superstitiosa pro natu-*  
*ralibus substituta;* Qualia de gemmis & Lapidi-  
 bus, ac in specie de lapide *Aetite, Nepbritico, Ada-*  
*mante &c.* hincinde circumferuntur, & fabulis



Monachorū (quorum tempore Medicina fuit depravata, ceu patet ex nominibus Medicamentorū formulis impositis, v. g. de pillulis: *surge & ambula*, de rotulis manūs Christi, de unguento Apostolorum, vide *Bauderonum*,) magis correspondent, quàm veritati rei. Nec ipsi Autores physici hisce in rebus & illarum energiâ certò sibi constant; hinc semper addunt: *Es soll für dieses oder jenes gut seyn*. Sic nemo audet Categoricalè pronunciare: *Rosa v. g. de Hiericho promovet partum*, sed debet promovere partum, aut qui leviter in Anatomicis versatus est, fucum facilè quidem animadvertere potest, opinionem verò quâ vulgus imbutum est, tollere nequit. (8.) *Adulterata pro genuinis vendita*. Ita nescimus, quid sit propriè *Ambra*. Quomodo de glaucomate erimus certi? Facebo hîc composita, quæ non juxta Archetypum, sed ectypum præparantur, v. g. *Chocolata* in *Hollandia*, ut & *Confectio Alkermes*, quarum posterior à *Rupellensi*, prior ab *Indicâ* multum differt, ratione bonitatis. (9.) *Ut nihil deniq; dicam de qualitatibus medicamentorū, minus propterea nobis cognitis, quæ omnia prolixius probare possem, si foret necessarium, & non aliàs ex falsis operationibus, quas veteres Simplicibus pariter atque Neotericis, attribuerunt, palàm fieret. Jam si in Simplicibus tot errores committuntur, quid sperandum de Compositis, quorum præparaciones μετὰ πολλῆς Φαντασίας videmus interdum concinnatas, quas in multis non rarò*

cor-



AD PHILIATROS.

7

corrigere possemus, nisi opinio, Praxeos nostræ venenum, obstaret.

Tenemur tamen quantum possibile, *αὐτοψίαν* hanc *mediatam* observare in naturalibus, nisi prorsus in Praxi velimus caligare. Etenim qui hanc negligit, aquam cribro haurit, & cineribus suas inscribit consultationes. Quâ deficiente, multum juvabit Vos (ne Memoria oneretur) Schröderi Pharmacopœa, it. Hoffmanni Tractatus de M. O. ut & supra cit. Autores; Superflua verò aut supervacanea quæ sunt, jure aversari potestis. Cur enim Medicus ea, quæ ad ipsum præcisè non spectant, attendat? *Natura paucis contenta*, non tantum Diæticum, sed etiam pharmacæuticum est axioma. vid. *Dan. Ludovic. Pharmac. Modern. sec. applic.* Quorsum igitur tantus Simplicium pariter atque Compositorum in Officinis apparatus? Forsan, quia, uti totus mundus, sic etiam *Medicina*, vel *Praxis Medica*, regitur Opinionibus? Quibus hætenus effectum, ut eadem facilitate, quâ gemmæ, etiam album. græcum reciperetur in Officinas, cui tamen præistis in Praxi palmam, ratione effectus, facilem darem! De quibus & aliis cum DEO juxta ductum Catalogi, Officinis, jussu Serenissimi Electoris, non ita pridem à Facultate Gratiofiss. antehac præscripti, plura in sequentibus! B.V.

Dab. Lips. Calend. April. 1675.

A 5

SE-



# MANUDUCTIO SECTIO I.

## CAPUT I.

### DE TERRIS.

**A**gitur hęc de *Terris medicinalibus*, quatenus usum aliquem medicum *externum* vel *internum* præstare valent; *Internum* quod spectat, omnes hęc enumeratæ species, potissimum verò si signum O. non est additum, huic destinatæ sunt. *Externo* autem usui medico vel Chirurgico (nam *Mechanicos* hęc non attendo) reliquæ sacratæ sunt. Quibus suò jure addi possunt *luta Aquarum thermalium*, siquidem his usi sunt *Veteres* (1.) pro emollitione partium induratarum; (2.) pro resolutione & siccatione, quod emollitum est; (3.) pro corroboratione partiũ imbecillium. Nihil enim est aliud *Lutum* istud, quàm species terræ pingvis. Vid. *Jul. Cæs. Claudinus in App. de Ingress. ad Infir. p. m. 395.*

#### II.

Cæterum in *Boli* & terræ *Speciebus* reliquis, est notabilis *Odor naturalis*, & pingvedo nativa, quibus nobilior earum *Energia* meritò innotescit, & ob id decantatissimo *Perlarum* atque *Coralliorum* *Magisterio* præferendæ, præsertim verò *terra Lemnia* (quæ juxta *Bellonium* *Observ. 69.* ad composita potius referri debet, quia *sangvis Hir- ci* eidem admiscetur; unde quoque *sigillum ca-*  
præ



AD MATERIAM MEDICAM. 9

præ ipsi impressum. ) & *Bolus Orientalis*, vel, ut quibusdam vocatur, *Turcicus*. Dixi *Odor naturalis*, ut acuratè distingvatur ab *adscititio*, qui multis imponere potest. Attrahunt enim Simplicia Odorem illarum rerum, juxta quas ponuntur &c.

III.

De terra *Japponica seu Catechu* in Præloquio dictum fuit, quòd artificiale sit vel compositum; id quod nunc diducendū. Ingredientia ejus perhibentur *Extr. Glycyrrhizæ Indicæ*, & calami *Aromat. Indic.* atque *succus Arecæ*; qui ipse colorem purpureum conciliat; estque duplex: una *Catechu purior*; degustata leviter in lingua quasi liquefcit: altera verò *durior & impurior*, adeoque ferè nullius usus. Et hoc etiam forsàn decepit *Schræderum*, quod pro terrâ habuerit. Quid *Arecæ* sit, monstrat *Baubinus in Phytopinace p. m. 510.* & *Garz. ab Horto p. 99.* Herbam *Betele* cum succo *Arecæ* mixtam semper *Chinenses* in ore habent, vel pro vitio ejus corrigendo, vel pro avertenda tussi; de quibus ita *Bontius de Medic. Indor. p. m. 24.* Hoc obiter notandum; Si *Betele & Areca sine calce masticentur*, succus masticatione elicitus, est viridis: additò verò calcis modicò, succum eundem rubicundum tanquam sanguineum conspicias. Quod me in principiò vehementer sefellit, ut crederem, eos excreatores sputò sanguinis laborare. Hinc etiam proverbium *Chinense*: In China wird gefunden ein Himmel ohne Schnee / Bäume / so immer grün.



grünen/ und Inwohner/ die allezeit Blut außspenent:  
 scil. ab usu *Areca*. vid. *Neuhof. in Descript. Regn.*  
*Chinens. p. m. 363. & Bontius l. c. ut & in Hist. Nat.*  
*& Med. l. 6. c. 2. p. m. 90. 91.* Usus terræ *Catechu*  
 aliàs insignis esse dicitur in *Tusse, Pulmonum & Pe-*  
*ctoris affectibus*, & in specie in *Pleuritide* pro san-  
 gvine discutiendo.

## IV.

Speciebus terræ sigill. Strigeniis præfertur *flava*  
*vel Citrina*, cujus character est, si frustula vino  
 injecta sonum collisionis edant, als wenn Fen-  
 ster Scheiben zerknickten. An hoc ab insinuatione  
 vini vel spiritûs ejusdem in poros terræ sigill,  
 vel à præcedente ebullitione in præcipitatio-  
 nibus conspicuâ, aut aliunde, proveniat? medi-  
 tationibus privatis, iisque Chemicis, relinquen-  
 dum. Virtutes ejusdem notæ sunt in vulgus, ideo  
 nihil attinet de iisdem monere.

## V.

Hûc pertinent *Porcellanæ*, vel potius *terra por-*  
*cellana*. Hinc falsus est *Pancirollus l. 2. Tit. 2. p. 65.*  
 quando scribit; *Porcellanas esse quandam massam*  
*ex gypsô, ovo trito, putamine locustæ marinæ, & aliis*  
*speciebus compositam.* Falsum porro est, hanc  
 massam stipatam & densatam sub terra in locum  
 aliquem secretiorem recondi, atque ibidem per  
 80. vel 100. annos reconditam manere; quam post-  
 modum seri Nepotes erant, & exinde pretiosa  
 vasa conficiant. Nam refutat hanc fabulam *divor-*  
*ſia immediatâ munitus, Joh. Neuhoffius in D. R.*  
*Sinen-*



AD MATERIAM MEDICAM. II

*Sinenfis p. m. 105. 106.* ubi fufius de hac terra, Porcellana vocata, etiam fecundum qualitates naturales, tractat. Nota genuinae debet bonitatis eſſe ut vafa Porcellana venenum admittant nullum, ſed eo immiſſo, illico diſſoluant. An verum? experientia erit conſulenda.

VI.

*Melitenſis etiam terrae* mentionem facit *Schræderus* in ſua *Pharmacop. lib. de Terris*: quæ an virtutis ſit Alexipharmacæ, & quidem tantæ, quantæ vulgò æſtimatur, breviter videndum. *Propriè terra Melitenſis* dicitur corpus illud globosum, quod in Spelæo S. Pauli in Inſula Maltha reperitur vel effoditur; *impropriè* verò corpus aliquod petroſum, linguam ſerpentinam referens, & huic glebæ adhærens. De utroque referunt *Hiſtorici ſequentia*; Poſtquam *Apoſtolus* varia edidit in Inſula Maltha miracula, ſtatim omnia venenata animalia ſuam vim nocivam exuerunt, adeò quidem, ut hodienum nulla venenata animalia ibidem reperiantur, imò ſi quæ forſan importentur, ſtatim venenum, & lædendi potentiam perdunt, ex eo, quòd, cum *Apoſtolus* Melitæ ſarmenta in ignem conjiceret, viperâ manui adhærente, omni reptilium generi maledixerit, terræ contrà benedicendo. Hinc tanta virtus terræ Melitenſi & gloſſopetris attributa. Aſt quoniam hæc præter narrationem factam aliàs nullibi leguntur, vel firmò etiam experimentò ſtabiliuntur, fidem hanc hiftoricam tam facile

in



in nostra Praxi vix admittimus, præprimis cum ipse *Niederstedius in Descript. Inf. Melit. p. 25. hæc de re dubitet*. Accedit, quòd glossopetræ falsò credantur esse viperarum lingvæ, miraculò Divi Pauli petræ factæ, inferius hæc pluribus demonstraturus.

## VII.

Reliquæ species terrarum medicinalium, v. g. *terra Oris*, in aurifodinis, *terra scorbutica*, quæ in Norvegia effoditur, *terra Salis* itidem, quæ in Ferri fodinis invenitur, possunt videri in *Muséo Wormiano*. Nam longum foret, omnes hîc enumerare, de quarum facultate licet non desperem; rarò tamen in usum medicum veniunt.

## CAPUT II.

## DE SALIUM NATIVORUM GENERIBUS.

## I.

**T**itulus cum rebus subjectis non convenit accurate, nisi mechanicè. Nam v. g.  $\oplus$ l. & aliæ species  $\ominus$ is hîc enumeratæ non tam sunt  $\ominus$ lia, quàm Metalla ipsa, soluta, cum totâ suâ substantiâ. Quod tam Græci, quàm Germani rectius interpretati sunt, dum priores  $\oplus$ lum Chalcanthum: posteriores verò *Kupffer-Wasser* pronunciant, q. d. cuprum vel  $\ominus$ . in aqvam resolutû. Porrò si quis vel Auri vel Argenti  $\zeta$ ss. in aq. reg. vel aq. fort. solverit, illa, abstractò menstruò non



non nihil, convertuntur totaliter in Vitriola, & denuò violentiori igni commissa, in pristina metalla eodem numero vel pondere, eademq; substantia, redeunt. Vid. *Zwelff. in Pharmacop. Spagyric.*

## II.

Referrì hùc potest affinitatis gratia *Chalcitis*, h. e. Vitriolum tostum. Hujus propterea hìc mentionem facere volui, quoniam recipitur in nobilissimam Theriacæ Compositionem. Quare? ut nigrò colore inficiat istam opiatam; Hæc est communis responsio, uti videri potest in *Dialepsi Bauderonii de Chalcitide p. m. 113.* Negantium (quos inter est *Hoffmannus*) ratio sequens est; quòd non sine suspitione malignitatis vel corrosionis ingrediatur Theriacam, quia est *escharotica & caustica*; nec nigredo tanta exinde speranda. Quæ Negantium partes non sunt de nihilo. Et quamvis objiciatur, *Chalcitim* ustam, esse ratione virtutis causticæ, mitiorem; tamè videtur petere hæc ratio principium, atque impingere in Chymicorum experientiam, quâ notarunt hætenus, *Vitriolum post calcinationem esse acrius, quàm ante illam.* Ideò meò quali quali judicio *Chalcitis* planè posset in prædictâ Compositione omitti. Verùm obstat Opinio.

## III.

De Romanò vitriolo hìc inter alia notandum, quòd sit *Basis pulveris Sympathetici*; cujus integram



gram præparationem habebis *in Theatro Sympa-*  
*thet. Digby.*

## IV.

Nec *Cholcothar*, h. e. *caput mortuum vitrioli* re-  
jiciendum penitus. Quòd enim aëri expositum,  
nobiliores subindè virtutes attrahat, ac postmo-  
dum spiritum vitrioli regeneratum suppeditet,  
it. quod *Dysenteriam sympatheticè* curet, notum  
est ex *Praxi Med. quotidiana.*

## V.

Quid *Alumen Scajolum*? Præparatur ex lapide  
*Schisto combusto*. *Scaja* enim & *Scalia* squamam  
vel *crustam* denotat, teste *Scaligero Exerc.*  
*104. S. 7.*

## VI.

An detur  $\ominus$  *Ammoniacum naturale*? vestigia  
ejus superesse videntur in *Dioscoride* & *Plinio*.  
Verùm ignoratur hodiè, quid propriè sit? Vid.  
*Matthiolus in Dioscoridem.*

## CAPUT III.

DE LAPIDIBUS VULGA-  
RIBUS.

## I.

**I**N *Herbis, Verbis & Lapidibus magna est virtus*  
canon est notissimus *Physicorum*. Ast utinam  
virtus isthæc sæpenumerò nō esset ficta vel super-  
stitiosa! Nam concedimus libenter, quòd (I.)  
*Herbis* insit virtus, sed non major, quàm illis fuit  
con-



AD MATERIAM MEDICAM. 15

concreata. Sic ficubus inest potentia sanandi carbunculos pestilenciales, vino & oleo, purificandi vulnera &c. Postquam autem herbarum facultas satis explorari non potuit, tunc instinctu Dæmonis, homines pravi varia commenti sunt, quæ vires naturales herbarum excedunt, vel ob defectum debitæ scientiæ excogitarunt alias, quibus non tam Simplicium naturam scrutati sunt, quàm superstitiones propagaverunt. Sic traditur in communi, *Æthiopidis* herbæ tactu claustra omnia aperiri, item, ut mille hominibus vel equis cinctus appareat aliquis, anniculus falicis ramus unicò inflictu abscissus ad id adhibetur. Refer hûc, quæ de radice *Baaras* & *Cynospasto* habet *Wierius* in *Tractat. de Curat. Læs. Malefic. c. 21.* Et quis nescit nugas alias, quæ hac ratione cumulatae sunt in Botanicorum libris? Sed apagè! (II.) Verbis autem si (a) à naturali principio provenerint, nulla inest virtus, nisi sint (a.) mandantis; (β.) Supplicantis: quò modo precibus inest virtus sua; (γ.) Intercedentis; (δ.) Blandientis, vel Amantis; (ε.) Promittentis effectivè &c. (b) Si verò à principio Supernaturali procedant, verum est, maximam verbis inesse virtutem; Ita DEUS unò verbò potest & efficit, quod vult: Ita Prophetæ & Apostoli, charismatis Spiritus S. instructi, verbis effecere mirabilia, ceu passim legere licet in Sacris. Animadvertens hoc Cacodæmon, voluit, veluti simia, imitari miracula, per mancipia sua, nudò verborum.

B ad-



adparatu, & (1.) *Obscuris atq; murmurationibus*, v. g. Abra, Catabra, max, pax, Darapti, Felapton &c. (2.) *Sacra Scripturae locis*, & maximò quidem abusu, sæpè etiam cum blasphemiam: Ubi plurima Symbola contulerunt Papicolæ, per Pater-noster, Ave Maria, & Evangelium S. Johannis. Inter alia contra Odontalgiam, dum Missa peragitur, hæc verba pronunciant, tangendo dentes: Os non comminuetis ex eò; Porrò contra Febrim hæc: Æquè facilis tibi hæc sit febris, atq; Mariæ Virgini Christi partus. Reliqua vid. in *Wierio. c. p. 363.* Nam sæpiùs absque scandalo proferri vel recitari hæc non possunt. Hinc *Helmontius non immeritò in Tr. M. V. C. & H. D. L. B.* concludit: De magnâ virtute verborum, quædam in genere dixi, quæ plus admiror, quàm adplico. Et alibi: Non verbis, sed herbis, curandum. Vid. *Reyefius p. m. 432. & Hipp. de M. S.* (3.) *Characteribus*, quibus Magiæ cultores singularem energiam attribuerunt. Sed lege hæc refutata à *Wier. in Tr. de Prest. Dæm. passim. (III.)* Lapidibus inest, & non est. Si per virtutem intelligas molem, magna procul dubio inerit virtus; Exemplo tibi sit motus lapidum projectorum. Contrà si medicam facultatem consideres, multa in illorum historiâ erunt *falsa, dubia, superstitiosa*, & juxta *Wierium p. 411. 412.* in hunc tantum finem excogitata, ut mendaciis, Diaboli nundinis majus autoritatis pondus, accedat: Res ipsa exemplis magis magisq; declarabitur, prout nunc occurrit

II. Aëti-



## II.

*Aëtites* vel *Aquilaris*; cujus effectum naturalem magnificiunt vulgariter, ob alicujus signaturæ vestigia, dum *in partu difficili* prodesse creditur; Quod non negabo. Ast naturali huic effectui superstitiones statim adjunxerunt *Galenus*, *Plinius*, & alii. Qvis enim probabit (1.) Aëtitem brachio adligatum abortum præcavere? qui tamen effectus priori est contrarius; (2.) Aëtitem tam vehementer trahere, ut uterus excidat. Observationes, quoad posterius, adducit *Wormius* p. 78. & *Valeriola*. Verùm, meò judiciò, hæ Observationes vacillant. Notum enim est ex Anatomicis, quòd uteri par ligamentorum latum s. superius, factum sit à natura, & juxta communem, margini ossis Ilei, mediante Peritonæò, adligatum, ne uteri fundus in sinu excidat. Quomodo ergò hic lapis præstabit? Profectò nisi laxandi vis, vel rumpendi hæc ligamenta, tribuatur aëtiti ab allegatis Autoribus, non poterit admitti *Valeriolæ* observatio, quam refert de Muliere quadam Valentiana, nisi potius Obstetricis violentiâ (veluti sæpius contingere solet,) uterus simul protractus fuerit; & tamen hæc absurda Anatomicis Observationibus affatim inseruntur; (3.) Probatio veneni admixti, hoc lapide facta, nulla est. (4.) Fallibilis quoque character est, si pulvere ejusdem pani admistò, velimus fures deprehendere: interdum alias ob causas deglutitio potest impediri: (5.) Nec Amorem conciliat, vel



divitias auget ; quandoquidem contrarium, exemplum suggererunt ante aliquot annos Novellæ Vienenses de quodam , qui quadrilibrem aëtitem in currum Archiducis Austriacæ non sine terrore projecit ; (6.) Si ergò dicere debeo, quod res est, *potius obtinebit aëtites terræ sigillatæ vires, in morbis malignis, & venenis adsumtis &c.*

## III.

*Alumen plumosum, & scissile* ; quod ratione formæ tantùm à plumoso differt ; Dicitur enim scissile plumosum oblongum. Vid. *Schræd. Pharm.* Sunt autem *Lapidis species, non salium* : aliàs ad Caput antecedens referri debuissent. Pro O. plumoso (quod minus rectè *Amiantus* vocatur, si pretium Catalogi æstimare velis) substituunt lapidem Amiantum, qui æquè rarus est, atque illud, pro quo substituitur. Dicitur aliàs *Asbestus, vivus*, quia igne non comburitur, netur & textitur, instar lini, mappæque & mantilia exinde parata igne purificantur magis, quàm comburuntur : *Panc. l. IV. T. 4. p. 16.* Modus præparandi Lapidem Amiantum, olim magni Secreti locò habitus, sequens est : Rec. Lapidis Amianti, fibris longioribus præditi, q. v. infundantur in lixivio, præparato ex cineribus quercûs putridæ, & Mij. Cinerum clavellatorum ; bulliat in eò per quadrantem horæ, auferatur ab  $\Delta$ . & maceretur in eo mensis unius spatiò ; & sic lanæ carptæ modò, mollis evadit,  $\nabla$ . dulci aliquoties hanc materiam ablue, & exsicca. Sic instar lini communis, pecti-



pecti, neri & præparari pro lubitu poterit. Extra hunc usum mechanicum conducit Amiantus cū sp. vini & Sacch. mixtus, Mulieribus fluxu albo gravatis. Præparatur etiam unguentum exinde contra Tineam puerorum, & ulcera Tibiarum. Ast quorsum hæc? quia nemo nostrum hunc lapidem vidit unquam.

## IV.

*Armenius & Lazuli lapis*, realiter non differunt, nisi *maturitate*. Uterque enim in iisdem Scaptenfulis reperitur; ideò *ratione virium quoque convenient*. Quò jure posterior (Lazuli scilic.) recipiatur in nobilissimam compositionem confectio- nis Alkermes? ignoro. Nam purgare dicitur melancholicum humorem, cum tamen prædicta confectio sit Cordialis & confortativa; imò ipse præter vim *καθαρητικὴν* etiam possidet *καταρκευτικὴν*. Hinc à plerisque nunc omittitur planè; nec sine fundamento. Nam Veteres unicè posuerunt spem suam in cyaneum istum colorem, dum mediante Purgatricis facultate, balneum Diaboli, Melancholiam sc, exsiccare crediderunt. Vid. pluribus *Eichstad. in Tr. de C. Al. c. 17.*

## V.

*Hematites*, ratione suæ virtutis, nobilissimus, adeò ut solum manibus tractatus, sanguinem sistere credatur, ceu plures experientiâ edocti fuerunt; Vid. quæ ipsi tribuat *Polemannus in Novo lumine Chymico, p. m. 153.*



## VI.

Mirabilis etiam est *ludus Paracelsi*, lapis videlicet *Silicius* (*Helm. de Lithiasi p. 672. §. 82.*) tenerior tamen & qui ferè totus, per diuturnū bidui ignē, avolat; cum ☉. verò multò celerius. Hic, cubi, vel tesseræ formā eruitur (*Idem ibid. p. 6. 99.*) circa ripam Scaldis prope Antverpiam (*id. ibid. p. 200.*) quem in ☉. conversum Saxifragorum apicem, & unicum calculosorum vocat desiderium. Præparationem *vid. l. c.* & apud *Olaum Wormium p. 39.*

## VII.

*Lyncis Lapis, vel Lyncurius* falsò in urinā *Lyncis*, vel ex eadem dicitur generatus. Communiter laudatur cū lapide Judaico & Nephritico pro summò medicamento lithontriptico, sed, meò iudiciò, sine ratione, vel experienciâ. Nam adhuc *in questione est, an detur reverà lithontripticum medicamentū?* Dico reverà; ut distingvam à diureticis, quorum effectum videmus, Lithontripticorum verò non item. Sive enim magisteria horum, sive alios liqvores contra Lithiasim adhibeamus, nullo tamen negotiò intentionem nostram adsequimur. Etenim, si tali virtute gauderent, etiam extra corpus posset hæc probari. Dicis; ☉. hoc ab extra præstat; Cur autem non ad intra? Forfan, quia in tantâ dosi ad intra exhiberi nequit? vel quia sine alteratione ad partem adfectam non pervenit? Si sustines, medicamēta lithōtriptica in corp⁹ adsūta demū  
vir-



virtutes, calculum imminuendi, ibidem accipere, falsus es, & petis principium; Sic enim perinde esset, utrum diaphoreticum, vel lithontripticum exhiberem. Cur enim diaphoreticum in corpus adsumtum, non posset hac ratione lithontripticam induere virtutem?

## VIII.

*Lapis specularis* perperam creditur *Maria glacies*, non secus, atque olim putabatur esse *αφροσελήνη* vel *σελενίτης*; utrumque enim fabulosum est. Prius, quia dubium est, an *Maria θεολόνη* tali glacie fuerit usa; posterius, quia nec *imaginem* *Dei* continet, aut, ad motum ejus, crescit vel decrescit. Minimè verò omnium *spuma lune* est. Unde enim hæc spuma in penetralia terræ deveniret? *Bancir. l. 1. p. 21.* Inter Medicos vix de aliquò usu insigni constat, nisi quòd Chirurgis in *ulceribus fistulosis* adhibeatur interdum, & à chymicis locò cæmenti, vel etiam Practicis contra *Dysenteriam*. *Worm. p. 56.*

## IX.

De *Osteocolla* quid senserit *Helmontius*, potest hinc inde videri in suis Scriptis. Utut autem valdoperè conveniat in fracturis ossium: benè tamen monet *Hildanus l. 1. Obs. 90.* quòd in juvenibus laudabili corporis habitu præditis, cautè sit adhibenda. Callum enim non sine deformitate generare solet. Ideò saltem in senibus extenuatis, quibus langvet calidum nativum, adhibendum hunc lapidem, esse censet.



Quod tamen nec in omnibus Senibus procedit. Observavi enim ante Sexennium in Auriga 70. annor. cui crus sinistrum plastrô fractum erat, usum ejus propter naturæ debilitatem frustraneum, quàm sollicitè à Nosocomii Chirurgô Emplastris admisceretur. Errant etiam illi, qui hoc lapide fracturas ossium, paucô dierum spatiô, securare posse, gloriantur. Nam natura nunc citiùs, nunc tardiùs in ejusmodi operationibus progreditur, quamvis *præter propter*, & ex ossis fracti Constitutione, Medicus hoc scire possit interdum. Hûc collimat *Textus Hipp. quem habet in Tr. de Al. §. 10. Ossium alimentum*, inquit, *ex cõfractiõne judicatur, naso bis quinq<sup>3</sup>, Maxille, Clavicula & Costis duplicia, cubito triplicia, tibiæ & brachio quadruplicia, fæmoris quintuplicia, & si quid in his plus aut minus potest*; h. e. fractura nasi 10. dieb. *circiter* consolidatur, ferruminatio verò brachii requirit 40. dies &c. Mirum proinde, quomodo Chirurgus fracturam humeri intra tri-duum ante 7. annos potuerit consolidare?

## X.

*Talcum* vel *Stella terre*, licet videatur peculiaris pingvedo concreta, vel lapis colore subinde varians, & pingvis, ut sic loquar; nullus tamen Chymicorum, quàm anxii fuerunt etiã, hucusq; Oleum exinde præparare potuit, quô tanquam genuinô Cosmeticô, uti possent mulieres. *Crollius in Basil. suâ p. 399.* descriptionem quidem communicat, sed exinde verum Oleum vix habebis.



AD MATERIAM MEDICAM. 23

bebis. Ideò nec precium, nec effectus ibidem de-  
prædicati, respondebunt. Dicit enim *inunctio-*  
*nem istam, Oleo Talci factam, posse integrum men-*  
*sem perdurare in facie fucatâ, citra ullam noxam.* 3j.  
*verò 100. Coronatis venire. Worm. p. 57.*

XI.

*Unicornu*, seu potiùs, *Cornu fossile*, magnam  
habet convenientiam cum Osteocolle & terra si-  
gill. *Worm. p. 54.* Ideò de Virtute jam constare  
potest; potissimum verò valet *in adfectibus Scor-*  
*buticis.* Modum generandi quod spectat, circa il-  
lum non sum curiosus. Nam potest ex *materia*  
*in terra cavernis contenta* generari, possunt etiam  
esse quandoque *Animalium Cornua decidua.* Vi-  
de *Physicos!*

CAPUT IV.

DE LAPIDIBUS PRETIO-  
SIS ET GEMMIS.

I.

**M**agna varietas hîc occurrit circa *nomina*  
*Gemmarum*, dum quasdam veteribus co-  
gnitas, nunc planè vel ignoramus, vel aliis titu-  
lis indigitamus: Major (varietas) circa illarum  
est *precium*, quod hætenùs ex instituto homi-  
num planè dependit; Maxima tandem circa ea-  
rum *operationes* conspicitur, quæ infinitis adulte-  
riis, superstitionibus & fabulis repletæ sunt. Primù



& secundum, ad nos, ut sic, non pertinet. Ideò potius de tertiò erimus solliciti, & quoniam intus adsumuntur; non debent esse adulteratæ, debent etiam determinatum & naturalem edere fructum.

## II.

Verùm *adulteria gemmarum* quis omnia novit, quæ Judæis, Lusitanis, & aliis impostoribus in usu sunt? duo adducam hîc (1.) *quatenus Occidentales pro Orientalibus venduntur*. Præsuppono enim ex hypothese receptâ, gemmas Orientales cæteris præstare. Quod constat etiam ex lucis congenitæ in Orientalibus excellentiâ. Quis enim nescit v. g. Adamantis Indici & nostratis differentiâ? (2.) *quatenus fluores (Flüße) pro gemmis substituunt*, unò verbò, Vitrum pro Adamante. *Worm. p. 101.*

## III.

Effectus gemmarum debet esse *naturalis*, qui etiam iisdem, juxta *Pet. Joh. Fabrum l. IV. Panchym. S. 4. p. 521.* reverà inest, quamvis corporeâ mole non parum præpeditus. Quò ipsò omnes excludo fabulas & superstitiones, quæ locò effectus determinati lapidibus pretiosis designaverunt Autores. Exempla habes in *Wierio de Cur. Malef. læsor. p. 411. 412.* Quibus sequestratis, relinqventur pauci, de quibus nostra Praxis gloriari poterit.

## IV.

Exemplum sit Adamas, omnium gemmarum præ-



AD MATERIAM MEDICAM. 25

præstantissima. Quid est in illo (scil. Adamante,) quò Praxis nostra gloriari possit? parum, vel nihil. Nam falsum & fabulosum est, quòd (1.) resistat incudi & malleo innoxie: (2.) sit gemma reconciliationis, simulates matrimonii, ut sic extinguendo. (3.) pulvinari suppositus, index sit adulterii; (4.) intuitus hereditarii adamantis, statis temporibus factus, enixum proles congeneris producat &c. Remove nunc alia fabularum siparia; quid virium supererit in Medicina? Dicis: Curat Dysenteriam. Quis verò curabit eam, dum in communi dicitur, intestina exulcerare? Atque sit ita; quis statuet huic remedio precium? Nam infra ʒj. quantitatem vix operabitur, supra hoc pondus *Adamas nobis est inestimabilis.*

V.

Idem judica de *Amethesto*, qui resistere putatur Ebrietati, si intus adsumatur. Nam ut *Periantum* hoc impossibiliter præstabit. Jam verò constat, eum esse in numero pretiosorum lapidum, & si tantum ʒij. 6. Vallensibus venirent? Quis tam preciosum remedium pro ebrietate præcavenda, exceptis Principibus, sibi posset comparare? Accedit, quòd nunc ebrietatem magis accersere, quàm averruncare, homines conentur.

VI.

Fragmenta 5. lapidum preciosorum, scil. *Saphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi, Sardæ vel Carneoli*, quod attinet, fateor, illa esse in officinis receptissima. Verum si usum vel facultatem eorum

rum



rum examinabis, deprehendes, quòd tantum opinio lapides istos pretiosos praxi nostræ intulerit, ut Principibus & Magnatibus persuaderetur, in illis singulare confortans latitare; quod tamen citius in vilissimo filice, vel aliò Simplicium reperietur, quàm in istis. Ego dico, quod sentio. Qui contrarium sustinet, illi probatio incumbet. Nam si ne ratione vel experientia erubescat Practicus loqui. Jam ratio, cur hi lapides pretiosi sint, vel debeant esse confortans, deest: Experientia vacillat. Ergò plus est in titulò, quàm pyxide! Vide reliqua de Gemmis in Boëtio de Boot, & Wormio, atque, quæ supra de Aëtite scripsi, applica etiam ad Nephriticum, vel ad lapidem Calusæ, quod est nephritici synonymum. Vid. Auger Clutius.

## CAPUT V.

## DE METALLIS, MINERALIBUS ET PIGMENTIS.

## I.

Caput hoc multa complectitur in se, quæ ad Naturalium classem non spectant, sed modò ad Artificialia vel Preparata; quibus tamen peculiariora Capita inferius sunt nuncupata: Et lustratio Metallifodinarum multum lucis hinc fœnerari potest. Complectitur etiam multa ad Practicum non spectantia, v. g. pigmenta; Quid hæc ad Medicum? nisi fortè dicas, hæc inservire Cosmeticæ,  
& co-



& colorationibus medicamentorum ; quod etiam tantoperè non urgebo.

## II.

*Florum Æris* nomine non intelligendi sunt flores veneris præparati per sublimationem, sed flores æris (*Mineralische Graupen*) hîc sunt *minuta Æris granula, milii specie, à reliquò ejus corpore resulantia, cum fervens æs aquâ extinguitur.* Cum enim æs, detractis recrementis, candens adhuc, aquâ frigidâ perfunditur, repente densatur, & concrefcit, atque hunc florem exspuit quasi, & in labris, ubi æs refrigeratur, colligitur, effusâ aquâ. Optimus censetur, *qui facile teri potest, ac rufescit & modicè splendet*; Cum adstrictione acrimoniam aliquam possidet, tenuium est partium, unde collyriis permistus, Trachomati palpebrarum medetur. *Worm. p. 232.*

## III.

*Æs viride vel Ærugo* nihil est aliud, quàm *Cuprum vapore vinaceorum calcinatum*; *Poterius in Pharm. Spagy.* Spectat idcirco potius ad *Artificialia*. Nemo enim credat, æs viride tali colore è terra effodi.

## IV.

De *Antimonio*, omnium Metallorum radice, nil addam in præsentiarum, quoniam pro ejus bonitate defendenda, integra in Medicinâ volumina exstant. Ad quæ Autorem lectionis cupidum remitto. Licet fatear, ex *Preparationibus Chymicis* naturam hujus magis familiarem nobis red-



reddi, quàm ex Libris. Interim forò utendum, quoniam boni Chymici admodum sunt rari. Re pauci, nomine multi.

## V.

*Argentum* &  $\odot$  *musicum*, pertinent ad pictores. Hi, quid vocitent *Musieren* / vid. in *Mechanica* pictorum, ut & in *Lexicis*, ubi prostant: *Opus Musicaicum*, *Musierte Arbeit*. *Vossius de vitis L. L.* *Opus Musivum*, *Musivarii artifices*, à Gallicò *Masiev*, quod denotat solidum &c.

## VI.

*Arsenicum album* vel *crystallinum* est factitium ex *Auripigmenti scobe*, admisto  $\ominus$ e. Sumunt enim Artifices  $\odot$  pigmenti scobem, & cum parva  $\ominus$ is quantitate miscent, teruntque simul & subinde operculatis fictilibus, huic operi inservientibus: ignium vi tandem concoquuntur, quousque id omne in sublime feratur, & operculo adhaereat, concreseatque in lapidem, idque toties repetunt, donec adeò purum efficiatur, ut referat *crystallum*; Vid. *Matth. Comment. in L. V. Diosc. c. 8. m. 684. Worm. p. 28. 29.* & hoc ipsum *Arsenicum album* est *Basis Magnetis Arsenicalis Ang. Salæ*, cujus, ut & *Emplastri ruptorii Descriptio* nem vid. ap. *Eund. in Tr. de Peste p. m. 463. & 464.*

## VII.

*Arsenicum rubrum* vel *Sandaracha Græcorum* ejusdem naturæ est cum  $\odot$  pigmento. Nam in iisdem metallis reperitur; tantum colore differens

rens  
dara  
epist  
cocto  
cujus  
cant  
de qu  
rides  
tenbr  
cum,  
pro z  
suò lo  
dica;  
Lusm  
c. 33.

*Arg*  
suam  
in Pra  
verò c  
la, Tu  
bilitat  
Medic  
comm  
erit ph  
huc an  
bilistæ

Cad



AD MATERIAM MEDICAM. 29

rens ab isto. Estq; vel *naturalis*, vel *artificialis Sandaracha*. Hæc fit ex ☉ pigmento, in ollam, cujus epistomiū obduratū, coniecto, & 5. horis in furno cocto, tunc enim Sandarachæ colorem acquirat, cujus usum pictores ac tornatores sibi vindicant, minimè verò Medici, ratione usûs internî; de quô vid. *Med. Crit. Casum. 98.* in quô Dioscorides uberrimè refutatus fuit, ut & Casum Altenburgens. *de Anno 1670.* mense Junii 8. Arsenicum, si usum medicum spectes, tantum inservit pro zenexto, vel Amuleto in peste; de quibus suô locô; vel pro *Psilotro* aut Salamandra Medica; Referatur huc *Rusma*, (juxta quosdam, *Lusma*) cujus meminit *Bellonius*, *L. III. Obs. c. 33. p. 462. 463.* & *Hornius Lugd. in Microtech.*

VIII.

*Argentum vivum* vel *Hydrargyrum*, tam juxta suam naturam, quam varia ex eô preparata, vid. *in Prax. Sennert. de Lucærea*, *L. VI.* potissimum verò considera ꝑ. *vita*, *Rosam mineralem* Ang. *Salla*, *Turpetum minerale*, & in genere ꝑii penetrabilitatem mechanicam per corium; tunc etiam Medica facilè tibi constabit. Denique si ꝑius communis tantus est Proteus; qualis non erit philosophorum? quem tamen plurimi adhuc anxie quærunt. vid. *Tr. de Liq. Alcahest Sibilistæ.*

IX.

*Cadmia* (rectius *capnia*) hîc est confusa cum aliis



aliis speciebus. Nam *Cadmia fossilis & Metallica, seu Cobaltum* non sunt unum & idem, quandoquidem *Cadmia fossilis* est nihil aliud, quam *lapis calaminaris*; de quò vid. *Cap. III. antecedens*. *Metallica* verò *Cadmia* est *Cobaltum*: (das Mücken Pulver) inter quæ insignis est differentia; posterior enim in usum humanum planè non venit; secùs autem *fossilis*, h. e. *lapis calaminaris*. Tandem *Cadmia ferrei coloris*, est *Cadmia fornacum*, & coincidit cum *Pompholyge* atque *Tuti Alexandrinâ*; quod erat hoc locò notandum. vid. *Wormius p. m. 134. & 128.*

## X.

*Cerussa* locum hîc vix invenit inter naturalia; est enim nihil aliud, quam  $\text{h.}$  calcinatione vaporosa sic præparatus, non secùs, ac *minium*, quod est calcinatione reverberatoria officinis donatum. Idem iudicium est de *Crocò*  $\text{♂}$ tis aperitivo & adstringente. Posterior reverberatoriam, prior fusoriam præsupponit calcinationem.

## XI.

*Chrysocolla* nativa tantùm in *Ærariis* metallicis invenitur, & solùm ex *ære* fit. Si quandoquidem in *Aurariis*, *argentariis*, aut *plumbariis* invenitur, venæ illorum cum *ære* miscentur. Utuntur illâ *aurifices* & *pictores*, & rarissimè *Practici* pro *Emetico*, *consolidante* etiam in *ulceribus dysepuloticis*. Bonitatem ejus ex colore & viribus æstimant. Nam nativa omnis viridis est. Alia ad *Saturatam*, & quò magis ad *smaragi* accedit



AD MATERIAM MEDICAM. 31

dit viriditatem, eò melior cenfetur; alia dilutè viret, quæ peffima. Hanc nativam tingunt, herbâ Luteâ, quæ nativâ preciofior. Santerna, vel artificialis, conftat ex ærugine Cypria, & Quæ pueri impubis, piffillô ex eodem ære factô. Worm. p. 128. & 131.

XII.

*Fel, feu Axungia Vitri*, eft fpuma, dum liquefcit vitri materia, quæ de illo verriculo, tanquam recrementum de Dâ, detrahitur, mox vero concreta, in panes cogitur candidos, quibus eft fapor mixtus, magis falſus, quàm amarus; & eft medicamentum ὀδόντινον, dentifriciis inferviens. Vid. Morell. de Mater. Med. p. 118.

XIII.

*Indacum* eft coloris ſpecies, cujus basis eft glaſtum, vel Anil Piſonis p. 198. quæ ſpecies eft geniffæ. *Cluſius in Exoticis*. de quo Indaco vid. *Niederſtedius in Deſcr. Inf. Malthe*, l. 1. p. 24. Dicitur aliàs Corroſiv - Farbe. Hinc Electores Sax. in der Policcy-Ordnung / expreſſè prohibuerunt, ne Mercatores Indacum in regiones hæſce adveherent. Aſt lucrum leges etiam violat! Rectiùs pro Indacô ſubſtituuntur cineres clavellat. vel O. Catinum. De quibus vid. Autores, præpripmis *Schrœderus* l. 3. p. 478. & l. 4. p. 230.

XIV.

Pariter *Lacca Florentina*, vel in paſtillos aut rotulas redacta, infectionibus mechanicorum intervrit. Quæ ipſa *Lacca Florent.* vel præparatur

C

tur



tur ex succo baccarum Amaranti Mexicani, vel ex Cochinilia præcipitata; cum lixivio incorporatur cerussæ, aut etiam ex sanguine Draconis, vel granis Kermes. Vid. Matthiol. in Dioscor. l. i. c. 23. p. 50. Ubi moneo hoc, ne in compositione specierum Dialaccæ Mesuæ, it. in Trochiscis de Lacca ejusdem, substituatur sanguis Draconis, vel aliud infectionum sedimentum, sed potius gummi Laccæ; De quibus infra.

## XV.

*Lacmus vel Lagmos* est pigmenti species, mechanicis dictum Turnis, violacei coloris, communiter: Pers de Flandre, ex Gallico. Nam *Coleur Perse*, est cœruleus, vel violaceus, & inservit tincturis dentifriciorum.

## XVI.

*Pompholyx, Nibili album, Spodium Græcorum, Tutia Alexandrina, ut & Cadmia Botrytis*, inter se realiter non differunt, nisi accidentaliter, hoc modo Tutia & Cadmia sunt Synonyma, quia fumum denotant, ita, fumarum dicitur *Tucin*, ab acri halitu, quem spirat, ut & fumus germanicè, *Hüttenrauch*; Spodium vel Pompholyx, sunt hujus materiæ proles, quamvis differant, ut Cinis & favilla, ratione ponderis, quæ omnia usurpantur pro Collyriis. Vid. Bontius p. 14. qui probat, ex terra argillæ instar glutinosæ Tutiam præparari, contra *Garziam*, qui sibi persuaderi passus fuit, quod Tutia ex cujusdam arboris cinere uratur, inserviens pro Psilothro Indicarum mulierum.

## XVII.



*Torna* ☉is Italicum est, & quod Græci ἡλιο-  
 τρέπιον vocant, hoc Italici dicunt Torne Sol,  
 quod etiam Germani retinent. Sunt autem pan-  
 ni rudiores, colore rubrò imbuti, ex semine He-  
 liotropii Tricocci. Alii cœruleum colorem ex  
 Violis purpureis etiam præparant. *Vid. Impera-*  
*tus l. IV. Hist. N. c. 44.* At quid de istis pannis?  
*Hoffmanni* iudicium est tale: *Vividus & penetran-*  
*tissimus ille color ostendit magnam partium tenuita-*  
*tem, quæ ipsa necessario conciliat medicamento (ea-*  
*dem est ratio Vinorum & Varum Asthmaticarum,*  
*denn sie färben den Brantewein damit/legen es auch*  
*in das Trincken / wenn die Kinder masern sollen)*  
*vehementem penetrationem, & consequenter Vaso-*  
*rum apertionem, humorum verò attenuationem non*  
*inferiorem.* Quæ tamen omnia de *Torna Solis*  
 communi non concedo, siquidem baccarum He-  
 liotropii Tricocci succus tam penetrans non est,  
 nec de *Finâ* (fein) ex linteis syndonis, multò  
 minus de *finissima*, ex Gossypio aut Byfso, & tinctu-  
 rà *Cochiniliæ* confecta, quæ aliàs Italicè dicitur  
*Le pezzette di Levante*; & sunt nihil aliud, quàm  
*Linges peints, dont les femmes se frottent le visage,*  
 h. e. linteæ picta, quibus utuntur fœminæ ad fri-  
 candam vel fucandam faciem. *Cochiniliâ* (de  
 quâ infra) Indi egregiè solent hæc linteola infi-  
 cere, ita quidem, ut, si madefiant, rubedinis ali-  
 quid relinqvant in parte, quæ fricatur. Hic autem  
 modus parandi *Le pezzette di Levante*, nobis &



nostris mechanicis adhuc est incognitus; Tingere quidem possunt, verum ut rubedinem dimittat, non valent. *Olaus Wormius* putat pag. 225. *Lepezzette* esse tincturam Santali rubri; verum res aliter experiendiâ constat. Vid. de Torne ☉ *Job. Bodeum à Stapel* in l. 7. *Theophrasti Eresii* p. m. 892.

## XVII.

Stannum cur omiserint? non video rationem, cum tamen famosum *Antibecticum Poterii* præparatur ex inde. Descriptio ejus existat in C. 1. *Obs.* 20. & de eò loquitur ipse sic: *Antibecticum fit ex duabus partibus 4. & unâ parte Regul. ½ ii. Hæc mixta simul ter coquantur in ♁. hermaphroditica sicca i. e. cum ☉. Hujus vires sunt, Δ. 4. num in partibus solidis accensum extinguere, respirationem difficilem juvare, & porrò in *Obs.* 83. c. 3. sic describit: *Basis* cujus est *Stella signata regis*, cui benigna 4. presentia adveniens, *Balneò Mariæ mediò*, pura & amica *Nature* fit, consopitis videl. malevolis ad spectibus summam pacem spiritibus vitalibus legitur. Clariorem vide in *Chymia Rolfinckii*.*

CAPUT VI  
DE MARINIS.

## I.

**M**ulta sunt in hoc Capite, quæ, licet in mari reperiantur, vel ex eodem effodiantur, ratione tamen suæ originis nullò modò sunt marina.

## II. Ex-



## II.

Exemplo est inter alia *Ambra grysea vera*.  
 Hæc, licet juxta *Fabrum*, habeatur  
 pro pingvedine  $\nabla$ æ marinæ, in *L. IV. pan-*  
*chym. p. m. 581.* aut tandem putetur esse ramus  
 arboris vel stipitis in bitumen induratus; quem-  
 admodum hoc adducit *Gvilb. Piso in Martissa a-*  
*romatica p. 204.* non tamen desunt, qui ster-  
 cus  
 Avis cujusdam Indicæ, Ambram esse adserunt;  
 Et sic ad marina non pertinebit. In colligendis  
 opinionibus (quarum 18. à Physicis recensentur)  
 nolo prolixior esse. In re namque dubiâ ma-  
 lo tacere, quàm alios reddere dubios. Commu-  
 niter tamen habetur pro specie cujusdam *Bitu-*  
*minis*, quod fontes submarini, vel alvei Maris ad  
 Littus eructant. Sæpè adulteratur. Ast facile  
 odoris & coloris ratione, genuina potest discerni  
 à falsâ. Medicamentum alioquin satis est no-  
 bile, virtute suâ naturæ gratissima, spiritus vita-  
 les & animales confortans, ut & Venter.  
 Hinc senibus nihil magis conducit, quàm medi-  
 camenta Ambrata, qualia sunt (1.) Essentia Am-  
 bræ liquida: (2.) Sicca: (3.) Spiritus vini ambratus.  
 (4.) Species Diambæ &c. Quæ omnia si tibi  
 non satisfaciunt, vide compilatas de historia &  
 usu Ambræ opiniones in *Tr. Just. Fidi Klobii, &*  
*in Muséo Worm. p. 33. 34.*

## III.

Bituminis species est *Asphaltum* (quamvis  
 Græcè Asphaltum, & Latine Bitumen, unum sit



ac idem. Hinc Latini pariter ac Germani cum addito, ad meliorem distinctionem, pronunciant, Bitumen Judaicum ) videturque à Naphtha seu petroleo non nisi puritatis ratione differre. Imò nunc ob defectum Asphalti genuini, cogimur uti pissasphalto, h. e. mixturâ picis & bituminis. Vid. Schröd. l. 3. p. 514. vel juxta nonnullos, Lithanthrace, qui Asphaltum ratione fœtoris, præcise repræsentat. De hoc Bitumine Judaicò fabulantur autores, quòd tam lentum sit, ut avelli nequeat, præterquam filo, quod menstruum mulieris infecerit. *Worm. p. 30.* Ast qualem incidendi virtutem menstruum communicaret filo? Quilibet falsam de Menstruò hypothesein, ac si venenum esset, facillè animadvertit. Eòdem nunquam utimur, nisi juxta quosdam, pro tingendo balsamo apoplectico. Sub hoc enim nigrò colore patientibus magis arridet, quod tamen nunc feliciter præstat gummi ladanum solutum.

## IV.

*Blatta Byzantina*, aliàs *Ungvis odoratus*; hinc Græcis vocatur ὄνυξ, prout ita legitur in compositione Trochiscorum Cyphi, Valerii Cordi, & Dia-Tamaron. Nicolai. Vid. *Zwelf. p. 318.* Forfan etiam sic dicitur ab eminentia ungvium, quam Indi succrescere sibi patiuntur in extremitate digitorum. Est autem Blatta Byzantina nihil aliud, quàm testa, vel tegumentum conchylii, odore repræsentans Castoreum, si ad-



A D M A T E R I A M M E D I C A M. 3

admoveatur Δi. Vid. *Diosc. l. ii. c. 10. & Matthiol. in Eundem, p. 246.* Ingreditur etiam confectionem Cream Alexandrinam, quam vid. in Cordo. Succedanea ejus sunt *bdellium gummi, Castoreum & Nardus Ind.* quia conchyliæ hæc Nardō innutrientur. Unde odor quoque non solet esse dissimilis; *Vid. Dioscor. l. c.*

V.

*Corallium* fabulosè ab Ovidiō sic describitur:

*Sic & Corallium, quo primum contigit auras  
Tempore, durefcit, mollis fuit herba sub undis.*

Rectius jam suō tempore à Naturâ & Formâ Græci vocarunt *λιθοδέινδερον*. Quòd enim æquè sub aquis, atque extra eas, durum sit, testatur historia, quæ exstat in *Begvini Tyrocinio L. ii. c. 10. ut & in Hist. Corall. Ludov. Gansii.* De tinctura Coralliorum ingens est controversia, an detur vera & genuina in rerum natura? Non enim reperies Chymicum, qui non peculiarem jactitet præparationem: Ego sanè despero de illa, quæ fit ex calcinatis Coralliis. Quales enim vires in illis superesse possunt? Color vero rubicundus nihil testatur de Natura Corallii; siquidem potius debetur menstruo: de quibus omnibus plenius Pyrotechnia respondeat! verbo: Nisi participet aliquid de solutione, (quod guttulâ  $\ominus$  affusâ patet; statim enim præcipitatur) vix æstimarem illam. Vid. *Poterius in Pharm. Spagy.*

VI.

*Dentalium & Entalium* sunt testacca vel conchulæ



chulæ marinæ, quarum prior vocatur à Franco-  
furtensibus Zahn-Schnecken-Stein: posterior  
Purpur-Schnecken-Stein/ Vid. *Worm.* p. 252. ni-  
si utraqve ingrederetur *unguentum citrinum*, nul-  
lum profectò haberet usum in Medicinâ.

## VII.

*Margaritæ, Mater Perlarum*, nervosè descri-  
buntur à *Plinio*, l. 9. H.N. c. 35. qui roscido conce-  
ptu Conchas imprægnari, ait, Concharumqve  
partum esse Margaritas, pro qualitate roris acce-  
pti. Quæ opinio etiam non tam absurda est, si  
roris qualitates è Chymia aut Physica petere ve-  
limus. Quâ sanè ratione summè confortans est in  
Margaritis veris, non autem in spuma earundem  
quam plerumqve videbis substitui pro iisdem in  
officiis. Sententiæ contrariæ est *Pet. Job. Fa-  
ber*, qui L. 4. *Panchym. cap. 19.* probare intendit,  
quòd ipsæ Perlæ sint nihil aliud, quàm lepra con-  
charum. Dicit enim: *Conchæ omnes sunt leprosa,*  
*& qui semper has comedunt, & pro cibò his utun-  
tur ordinariè, verè fiunt leprosi: Medici, qui Lepre  
naturam sciunt, hæc omnia mecum fatebuntur.*  
Quòd si verum, quæstio est: an tanti sint usus in  
medicina? Argumentor sic: Si à Concharum u-  
su nimio & frequenti, lepra contrahi potest, mul-  
tò magis ab usu margaritarum, quæ sunt ipsa le-  
pra. Verum ipse *Faber* videtur sui oblitus dum  
p. 631. *Myrothecii Spagyrici vel Chymici*, Essentiam  
Margaritarum tantoperè extollit; nisi forsan di-  
cat, lepram hancce beneficiò pyrotechniæ emen-  
dari.



dati. Manet itaque Assertio *Fabri* maximè dubia, imo nulla, quod Convivia ostracea hic & alibi declarunt, in quibus

*Ostrea, Nobilium Cœnis, sumtuque Nepotum*

*Cognita* - - - - -

non sine deliciis, ac subsequente *ευεξία*, consumuntur; adde, quod ludat in Voce *Lepræ*, quoniam enim conchæ istæ sunt squamosæ (*λεπιδίς* dicitur squama) Ergo producunt Leporam! Cur idem non faciunt pisces squamosi? De Magisterio Perlarum notetur, quod ritè edulcorari debeat, si velis illò uti in Collyriis; aliàs dolorem oculorum insignem excitabit. Experientia Practica loquitur pro me. Vid. *Med. Crit. Cas. 52. p. 264.* Concha vel Mater Perlarum eandem cum Margaritis habet efficaciam, ut inveniant pauperes, in quò possint sanitatis recuperationem habere. Præparatur ex ea pulvis specificus antifebrilis *Strobelbergeri*, qui præfertur *Crollii*, ex testis cochlearum præparato: nam egregiè præcipitat.

## VIII.

Sperma Ceti, *Wallraht* / q. d. *Baldracht* / quia in dubiis morbis unicum est mulierum refugium ad Sperma Ceti. *Hoffmannus*, quando dicere debet, quid sit? repetit suum *Nescio*. Vid. *Paralip. p. 66.* Quod Ceti semen non sit, probatur exinde, quoniam reperitur etiam eò in locò, ubi Balænæ nunquam sunt deprehensæ. Multò minùs potest esse *άλός αυθ* Dioscoridis, ut refutavit hoc *Schræd. l. 3. c. 81. Worm. p. 34.* Quid



itaque est? *Olaus Wormius* rem ita dirimit: *Corpus illud, quod à nobis sperma Ceti vocatur, non est ipsum semen, sed liquor Cerebri non cujusvis Ceti, sed hujus generis, qui à Feroënsibus Döqking/ Latin. Orca vocatur: In aliis enim non reperitur. Eiusdem opinionis est Clusius l. 4. Exot. c. 17. Fieri itaque potest, ut tam in mari, quam in tali Ceto reperiatur hæc materia. In Ceto, quando capitur, quia generatur in ejus cerebro: in Mari, quando hic Cetus, pugnando cum aliis, occubuit, fracto craniò, vel etiam hanc materiam certo tempore, instinctu naturæ, per adpropriatos meatus spontè evacuaverit. Sed, estne hæc materia diversa à cerebro talis ceti? vel non? Itaque dubium non omni ex parte declaratum. Mihi relatione notum est, quòd sperma ceti officinarum, confiat ex cerebro cujusdam piscis; An autem hic sit, quem *Clusius* & *Wormius* descripserunt, ignoro. Vid. plura de spermate Ceti in *Ephemeridibus germ. in Obs 136. p. 302.* Precium ejus interdum est carissimum. Pueris sæpè datur catarrhosis, & dissolvitur in potionibus. Verùm non debet esse rancidum. Vid. *Ranchinum de Catarribis.* Ex nimio ejus usu *Matrona* quædam obiit. Vid. *Enzelium Mynsicht, p. 572.* habet Emplastrum de spermate Ceti ad tumorem mammarum, qui est absque inflammatione.*

## IX.

*Spongia Marina* vix usum habet aliquem in nostra Praxi, si Chirurgiam excipias, quod tamen mecha-



## AD MATERIAM MEDICAM. 41

mechanicum quid est potius. Exstat in *Pentecost. 3. Obs. 1. p. 61.* Panaroli præservativum contra Luem gallicam ex spongia marina egregium: quod tamen scire magis convenit, quàm adhibere. Adhibenda vero erit spongia virgo, h. e. nullâ re imbuta vel corrupta. Vide illum.

### X.

Succini nomine quid in officinis veniat, notum quidem est ex autopsiâ; *vid. Ephemer. T. 3. pag. 23.* verùm quid reverà sit, non liquidum est. Non est gummi, quia non resolvitur in aquâ, nec resina, quia non flammam concipit, sed urit fumigando instar cornu. Interim marinum esse, non sufficit. An medium quid inter lapidem (*Agstein*) & gummi, vel resinam, sit? nescio reverà, & omnes Physici. Tàm exigua est nostra scientia in naturalibus! Vid. Autores de succino, & *Worm. p. m. 31. 32.* Pannò si fricatur, paleas ac scobes attrahit, & ob id etiam juxta Practicorum opinionem, *catarrhos*, adeò, ut oleum ejus Balsamum Europæum hinc inde vocaverint. De Medicamentis ex succino, vel Carabe, vide dispensatoria!

## SECTIO III.

### DE REGNO VEGETABILI.

#### CAPUT I.

### DE SEMINIBUS, NUCLEIS ET ARILLIS.

I. Se-



## I.

**S**Eminum cognitio ad Medicum quidem spectat; quoniam verò non omnia usualia sunt, libet, brevitatis ergò, tantum elegantiora & rariora paucis notare. Si autem quis volet, ad complementum Botanices, sibi hanc scientiam comparare (nam ex semine plantam cognoscere, facile est) ille labori huic annum, vel plures, impendere tenebitur: estque insigne ornamentum, sed sine lucro. Hinc Rhizopolis talis cognitio nunc relinquitur: Ut & illa Speculatoribus, quæ detegitur, plantas in seminibus contineri vere conformatas, antequam Terræ committantur, non secus atque pullus in Ovo delineatus est, antequam à Gallina foveatur: quod ipsum in Tulipæ quoque Bulbo, & Pini Nucleis videre est, ac pluribus dilucidatur, à *Josepho de Aromatariis, Marc. Malpighio de format. Pull. in ovo. D. Nehem. Grevv. in the Anatomy of Vegetables &c.*

## II.

Elegans est Gossypii vel Bombacis aut Xyli, (vel rectius Xylini,) fructus aut semen: (de Gossampino *Plinii vide Bont. p. 105. & Pis. l. 4. H. N. & Med. p. 185.*) Nam variat juxta Naturæ Lufum diversum: Nonnunquam enim fructus iste est tribus, quatuor, vel quinque Loculamentis præditus: ut plurimum autem quinque: quæ Semina vicissim duplicia sunt, vel lanuginosa, vel glabra eaque nigra: Lanuginosa vel majora ut Italica, vel minora ut Cypria; Glabra seu nigra pariter



pariter vel minora ut Javanensia, vel majora, ac in racemum collecta ut Brasiliensia. *Vid. Panc. l. 1. p. 17. Tit. V. de bysso.* Sem. Bombac. ingreditur pulverem contra Phthisin Anonymi. Dicitur & Cottus vel Cotto: Hinc German. *Cottuhn*/texturæ species. *Vid. Hoffm. l. 2. p. 314. ut & Vesling. in Prosp. Alpin. ad c. 18. p. 32. & 19. Prosp. Alpin. de plant. Ægypt. vel de bysso. p. 52. 53. faldella de Cotto* videantur apud *Solenand. in Cons.* Adstringunt valdoperè. Hinc mulieribus, in nimio profluvio, commendantur.

## III.

Chinæ vel Santonici semen notum est, ratione effectus, sed plurimi ignorant, cujus plantæ semen sit? Dicitur communiter à sapore, Zedoariæ semen; Verùm falsò, qui semen hoc minutum, & radicem Zedoariæ (quæ insignem Plantæ, instar Elenii præsupponit) contemplatur. *Dodonæus* corruptionem vocabuli hîc subesse putat, dum pro Sãtonico, Sardonium legere censet *p. 25.* Est autem semen Absinthii *Scriphii*, vel Ægyptiaci, Chinæ officinarum, vel, uti *Dodonæus p. 27.* describit, *Sementinæ semen.* Hoc quia tam copiosè non provenit hîc locò, Zedoariam pulverisatam substituunt vulgares. *Vide Budæum à Stapel in Theaphr. Eres. p. 1151.*

## IV.

Cocculi di Levante seu Orientales, quibusdam etiam *Cotula Elephantinæ*, corruptè vocantur. *Worm. p. 197.* Coccus vel Cocculus variis fructibus vel



vel granis, communis est; idque vel à Græcâ Ety-  
mologia, quatenus ὀκόκκῳ denotat granum.  
Quò sensu dicitur (1.) κατ' ἐξοχὴν granum Cher-  
mes κόκκῳ, item κόκκῳ βαφικὸς, (2.) Nos  
Medici Practici etiam Pilulas in forma granî  
conglobatas, coccus nominamus, ut habet *Alex.  
Trallianus*. ἡ κάθαρσις ἢ διὰ τῶν κοκκῶν ἐχόντων  
τὴν κολοκυντίδα, i. e. purgatio per pilulas, quæ  
recipit Colocynthidem; vel etiam (3.) Coccus  
Lusitanicò idiomate, Coqvo dictum, ob tria illa  
foraminum vestigia, quibus non solum Coccu-  
li di Levante insigniti, sed etiam *Nux Indica major*,  
quibus Cercopithecî, vel alius animalis figuram  
repræsentat: (4.) Cocculus Hippocratis est stro-  
bilus, vel pinea (5.) χολοκόκκοι sunt Ricini gra-  
na, ob effectum sic vocata. Et sunt communi-  
ter nihil aliud, quàm fructus Solani maniaci vel  
furiosi, juxta alios, fructus Tithymali Paralii, re-  
ctius tamen *Tabernemontanus* p. 647. Cocculos  
di Levante habet pro fructibus palmulæ; quem  
vide. His utuntur piscatores, ad capiendos pi-  
sces; unde dicuntur etiam baccæ piscatoriæ. De  
quibus *Codronchius* peculiarem scripsit libellum.  
Formant scilicet ex baccis talibus, additò Hyoscya-  
mi semine, massam pilularum, quas, flumini  
placido injectas, pisces devorant, à quibus pau-  
ca interjectâ morâ, infatuantur, donec in sum-  
mo semianimes natantes, reticulò extrahuntur.  
Ejectâ ex eorum ore pilulâ, si in recentem ∇.  
conjiciantur, reviviscunt, *Worm*. p. 197. Insuper  
etiam



etiam contra pediculos commendantur, præsertim contra ingvinales.

## V.

Lingva Avis est semen Fraxini, quòd aliquatenus lingvam Aviculæ refert. Huic tribuitur insignis virtus confortandi partes genitales in actu fræo, quem in finem recipiunt etiam in *Diasatyrium Nicolai*. Vid. *Pharm. Aug. p. 464.* an cum effectu? dubito.

## VI.

*Graminis Manna semen* in Catalogo planè omissum, vocatur aliàs *Himels Thau* oder *Manna*. Hinc quidam putant, esse Mannam Israëlitarum, vel purgatoriam: sed falsò. Licet enim Semina decidua, tempore matutinò, rore non nihil miscantur, Manna tamen vera non est, sed propter saporem dulcem, quem cocta in jusculis vel eduliis palato nostro communicat, ita nominatur Germanicè *Schwaden*. Vid. *Dodon. Pempt. 4. l. 4. c. 2. p. 559. 560.*

## VII.

Eadem ratione hùc referendum Semen Ricini Americani, cujus fructus *Pisoni lib. 4. de Hist. Nat. & Med. p. m. 179.* Officinis est *nux cathartica*, aliàs grana Tilli.



MANUDUCTIO  
CAPUT II.  
DE RADICIBUS.

## I.

**N**Echæ omnes Practicorum cognitioni inser-  
viunt, sed tantum usuales; reliqua spectant  
ad Rhizopolas. Nos considerabimus hic pur-  
gantes, deinde Aromaticas potissimum.

## II.

Inter priores occurrit Radix *Afari*, quæ omni-  
bus est notissima, ratione virtutis Emeticæ. *Stro-  
belberg. & Hofm. l. 1. p. 13.* attribuunt ipsi insuper  
virtutem Alexipharmacam; & hoc non sine jure.  
Qvis enim putaret, medicamentis vomitoriis atq;  
purgantibus Alexipharmacæ titulum denegari  
posse? Dum enim purgando humores venena-  
tos extirpant, annon Alexiterii vicem præstant?  
Coagulum *Afari* vid. *in Hartm. Prax. p. 13.* Dia-  
farum *Fernelii* in *Dispens.* Ubi nota, quod deco-  
ctum hujus radicis non promoveat vomitum,  
sed modò urinam. Vid. *Starkey in Pyrotechnia.*

## III.

*Artanite* seu *Cyclaminis* per se non adhibetur,  
nisi admixtis aliis, in nodulis, maximè vero in  
pessariis, sed cautè, ne excoriet. Emplastrum de  
*Artanita* usitatus est; extrà enim partibus ad-  
hibitum, purgat. Respondeat hîc aliquis de  
virtute purgatrice! quomodo ad locum adfe-  
ctum perveniat? corporaliter, vel virtualiter?  
Vid. *Bud. à Stapel, in Eres. p. 1659.* substituitur in  
offici-



officinis communiter pro Artanita fumariam, bulbosam, Chrysanthemum, & Lathyrum tuberosum, sed malè, ob diversum effectum.

## IV.

*Hellebori* à plerisque habentur pro venenis, prout *Helm. Lib. de Febb.* generaliter probare intendit, sc. *omnia purgantia esse deleteria*, quoniam quibusvis admiscantur corrigentia & cordialia; quæ ratio videtur urgentissima. Sed facile ad illam responderi potest, si dicatur, *Helmontium* ludere in vocabulo *deleterii*: sumit enim illud pro quavis re noxia. Quod noxium cum veneno non recipitur. Largimur equidem, purgantibus inesse vim quandam nocivam, si sc. incautè, ac intempestivè sumantur; anne autem statim propterea erunt venena, aut venenum propriè denotabit rem noxiam? Omne quidem venenum per se, & ratione operationis suæ, est *Φαρμακὸν τῆς ῥοίας*; quod, tamen de omnibus purgantibus per se, & præcisè prædicari nequit. Quod nunc de his in genere dictum fuit, potest etiam adplicari radicibus Ellebori albi vel nigri. Venena non sunt, nisi error aliquis committatur ab administrante. Sic v. g. in substantia si dentur, & non correctæ, possunt nocere sumentibus, dum validius purgant, atque per consequens vires vehementer absumunt. Ita cavendum etiam, ne pulveres prædictarum radicum sine ratione admisceantur ptarmicis, & quidem omnibus naturis indifferenter. Suppositoria vero & pessaria

D

saria



faria non sine singulari efficaciâ pulveres istos admittunt. Ut itaque omnem veneni suspicionem removeamus, felicius in nostra Praxi illis solemus uti in nodulis atque infusis, præmissâ debitâ præparatione, quam vid. in *Schræd. Pharm. l. 4. p. 236.* Sic absque violentia multos atque contumaces tollit morbos. Pariter Extracta varia ibidem reperies, quorum minima dosis plurimum valebit in pilulis & bolo. Plura de his habet *Codronchius & Pet. Job. Faber.*

## V.

*Esula* radices idem admittunt iudicium, & sunt species Tithymali, de quibus experienciâ constat, quod omnes evacuent serum; de quâ controversiâ, quid sentiendum, dicam de Rhabbaro. Vid. interea *Morell. p. 68.* Prostat de his *MP. Fernellii* in officinis, sed Extr. *Esulæ* magis nunc est in usu. Vid. *Budeum à Stapel 1087.*

## VI.

*Gialappa, vel Mechoacannæ nigra* bonitas cognoscitur ex resinositate. Etenim igni admota, flammam concipit. Hinc rectè monet *Zwalferrus* in *Append. Animad. p. 25.* quod in extrahenda Essentia vel Extracto, Spiritus vini sit adhibendus. Huic enim pro voto vires suas communicat, vid. *Schræd. l. 4. p. 442. Zacchar. à Puteo, ut & Pisonem p. 252.* Hujus succedaneum esse potest mirabilis Peruviana, de qua vid. *Pisonem p. m. 208.*

## VII.



## VII.

*Hermodactylorum* (radices) multis valdoperè imponunt, dum pharmacopolæ hodiernum ignorant, quid reverà sint? Hinc malè substituunt bulbos vel *radices Colchici autumnalis*, quia non sunt (1.) sine suspitione veneni, (2.) nec præstant effectum, qui hermodactylis veris tribuitur, h. e. non revellunt materiam peccantem ab articulis. Vid. *Matth. in Diosc. l. 4. p. 547.* Is ipse *Matthiol. in Kräuter-Buche p. m. 480. 481.* veram *Hermodactylorum* radicem describit, quòd foliis repræsentet iridem persicam, vel tuberosam, & radix sit quadrifida instar 4. digitorum. Verùm possumus illà carere, quia nec hermodactyli verì purgant ab articulis, nisi putatitiè. Itaque si velis Podagricos præservatoriè purgare, alia jam erunt nobis ad manus remedia, ut tam anxie in *Hermodactylorum* naturam frustra inquirere, non sit opus ampliùs.

## VIII.

*Ireos nostratis* fl. cœruleò succus, nisi maximè fuerit depuratus, pejora adfert symptomata, quàm tollit; Hinc quidam concoqvunt in consistentiam Syrupi: neuter tamen nobis est in usu. Vid. *Bud. à Stapelin Eres. p. 869.*

## IX.

*Mechoacanna alba* peregrina, nihil aliud est, quàm species *Bryoniae exoticæ*. Ubi simul datâ occasione, mentionem facio *Bryoniae nostratis*, quâ etiam non rarò *Mechoacanna* solet adulterari.



rari. *Morellus p. 55.* nec forsan sine ratione vel dispari effectu. Nam nostra Bryonia æquè purgat, atque Mechoacanna, unde Germanis dicitur *Scheiß-Wurzel / Schræd. l. 4. p. 231.* Aliis Mechoacanna vocatur Rhabarbarum album Indorum, de quò vid. *Ægid. Everhardum.* Saporis ac odoris est expers: Hinc tutò & sine nausea delicatulis atque infantulis in pulmento exhiberi potest.

## X.

Rhabarbari veri radicem nemo, quantum ego scio, descripsit unquam. Quæ *Matthiolus* habet in *L. 3. Diosc. c. 2.* tantùm sunt relativa. *Garzias ab Herto l. 1. de Aromatis c. 37.* vult negare, Rhabarbarum dari, sed tantùm Rha-Chinense, verùm nullus est, nisi prius probet, Sinenses, antequam nobis innotuerunt, non fuisse Barbaros. *Veneratione alioquin dignum est hoc medicamentum apud genus humanum, inquit Christoph. à Costa,* partim propter antiquitatem, partim etiam propter efficaciam singularem. *Worm. p. 159.* Quomodo à corruptione præservetur, antequam ad nos deferatur, habet *Panciroll. l. II. p. 123.* Pertinet huc Rha-Ponticum: de quò vid. *Prosp. Alpinus,* & Rhabarbarum Monachorum. Quæ duæ species Hippolapathi sunt; de quibus *Budeus à Stapelin Eres. p. 802. 1018. & 1046.* Usualia de Rhabarbaro sunt varia in officinis, quæ vide in Catalogo. Cæterum ut satisfaciam promissis §. 7. de rad. Esulæ, dico, ad Electivè purgantium virtutem



AD MATERIAM MEDICAM. 51

tem non sufficere v.g. hōc purgante assumtō, excrementa rejiciuntur v. g. flava ; E. purgans fuit Cholagogum, ceu de Rhabarbarō affirmatur, communiter. Nam certus sum; etiamsi adhibeatur Turbith, tanquam phlegmagogum, fore, ut educantur feces flavæ. Insuper hæc distinctio inter purgantia apud Hippocratem nullibi reperitur; E. est figmentum Galeni, quod hæc ætate eliminandum. Vide pluribus Walleum in M.M. & Willis. Ph. Rat. p. 72. 73.

XI.

Turpethi vegetabilis. Dico vegetabilis, ad differentiam Turpethi Mineralis, quod nihil est aliud, quam ꝯ sublimatus, cujus præparationem, vide in Chymicis Autoribus. Hoc autem est radix Thapsiæ, lacteum fundens succum, habetque Turpethum flores, & folia Althææ juxta *Garz. ab Horto l. 1. Arom. pag. 36. 141. & Gisbertum Horstium*. Sed dubito: quia omnes autores reputant pro Planta umbellifera lactescente & ferulacea, quod de Malvaticis non prædicatur. Bonitas ejus naturalis creditur consistere in gummositate atque albedine, quod, tanquam mangonium ab Indis propter nostram credulitatem excogitatum, refutat *Garzias ab Horto p. m. 141. 142.* Rarò adhibetur in substantia, magis vero in infuso: species Diaturbith cum rhabarbaro meritò commendantur tanquam medicina Domestica: &c.



Inter alterantes occurrit primò radix *Alcanna*: quæ vox est æquivoca, & sumitur (1.) pro *Tabasir* Arabum, i. e. pro pulvere vel cinere foliorum radicis Cyperi. *Hoffm l. 2. cap. 129. Bontius f. 142.* (2.) pro *ligustrò Indicò*, *Bont. in l. 2. Garz. ab Horro c. 3.* & quia conducit Aphthis, vocatur propterea *Mund-Holz*. Hoc ipsum *ligustrum Indicum* colore rubro saturo tingit, veluti testatur *Bontius l. 1. p. m. 52.* Hinc quia nostræ officinæ eodem destituuntur, sumunt radicem *Buglossi*, vel *Anchusæ*, quæ colore rubrò pariter tingit, adeò, ut lascivientes quædam usu hujus herbæ mentiantur τὴν κάλυκα καὶ τὴν κύλικα, quòd est τὸ ἀνθὸ τὸ γυνήκειον μήποτε ἐκ πετρεθέν, & hoc modo sophisticationem adhibent, h. e. cum sunt laxiores circa genitalia, constringentibus sese angustant. *Francisc. Ranchinus.* Hinc *Hesychio ἀγχοσίζειν*, idem est, quàm fucò vel cerusâ uti. Verùm minùs propriè; Mulieres quædam, teste *Camerariò*, Butyrum cum hâc radice concoquunt, ut inde rubescat, & pueris exhibent, qui passi sunt σείσιν vertebrarum, vel qui lapsi sunt ab alto. Quò tamen in casu commodiùs exhibetur unguentum potabile rubrum, quod *Matthiolò* censente, à *Rubia tinctorum*, eundem colorem accipit. Tandem quid sit *vinum anchusatum*, vid. in *Bud. à Stapel p. 815.*



## XIII.

Chinæ radicem peculiari libellò complexus est *Andreas Vesalius*; quem consule, ut & *Amatum Lusitanum*, *Pisonem* p. 257. *Hoffm.* l. 2. cap. 64. *Garziam* p. 545. *Worm.* p. 153. Effectus ejus est, purificare sanguinem, & humectare: hinc in *Podagra*, *Scabie*, *Lue* & *freca*, multum usurpatur, item in *Cachexia*, *Hydrope*, *Paralyfi*; unò verbò, in Chronicis, & quidem summò cum effectù; *Garz.* p. 149. *Bont.* p. 37. 38. *Claudinus* in *Append. de Ingressu ad Infirm.* Usualia sunt Extractum, Decoctum & Essentia rad. Chinæ &c. In Formulis præscribimus ita: *Rec. Rad. Chinæ ponderos. non cariöse aut exesæ*, quibus bonitatem ejus denotamus, item *in taleolos dissectæ* ad faciliorem extractionem, quæ beneficiò coctionis peragitur.

## XIV.

*Cyperus longi & rotundi* ita nominantur, quia radix vasculum, vel pyxidulam pusillam refert: quod ipsum tamen tantum de rotundo potest affirmari. Bonitas, præsertim rotundi, ex odore *Nardi* cognoscitur. Ingrediuntur compositiones magnas, sicuti licet videre in *Dispensat.* & in specie in pulvere *Odorifero Cyperi*. Quem etiam constituit ex parte maxima radix *Ireos Florentinae*, ab odore violarum *Martiarum* commendabilis: quem successivè, & postquam est exsiccata, acquirit, ut sic nobis non sit opus peculiari s. de *Iride Florentinâ*. Vid. *Hoffm.*



## XV.

*Ad Cyperi species* refert Bauhinus etiam radicem *Contrajervæ & Drakenæ*, atque has inter se essentiâ differre, statuit, quam vis alibi *Contrajervam* ad *Plantaginem* referat. Hinc rectè *Worm.* contrâ sentit p. 153. quòd non differant realiter. Nam eadem radix, *Drakena* dicitur à Franciscò Dracone, Equite Anglo inventore, *Carol. Clus. p. 32. Hoffm. p. 270. & Contrajerva* vel *Bezoardica* ab effectu. Extractum *Contrajervæ* vid. in *Officin. Uratislav.*

## XVI.

*Curcumæ* radicem refert Hoffm. ad *Cyperum Indicum* p. m. 267. ast ratione Coloris, vel *Tincturæ*, est *Curcuma*, *Crocus Indicus*, ut probat hoc *Bontius p. 117 & inc. 29. Garzias.* De quâ plura habebimus in *Cap. de Aromatis*, & in *specie de Croco.* Cæteroquin duplex est *Curcuma*, *græcorum & Arabum*, illo nomine venit officinis *Cyperus Indicus*, hòc vero radix *Chelidonii majoris.*

## XVII.

Nec *Doronici* radix prætereunda, quæ multum ab Autoribus commendatur ratione virtutum suarum alexipharmacarum. An sit *Aconitum Pardalianches*? olim affirmavit Maranta, ad stipulante *Matthiolò in librum 4. Diosc. cap 71.* quia ʒij. interficiunt canes & reliqua animalia. E. *Dæmoniacum* magis, quàm *Doronicum* erit nominandum. Verùm benigniùs procedendum



AD MATERIAM MEDICAM. 55

dum putat cum *Doronico Gesnerus*, qui his prædictis autoritatibus contrariatur. Assumit enim *ʒij.* ipse, nec mali aliquid fuit passus. Deinde potest esse aliquid, juxta eundem, brutis venenum, quod homini non est, adstipulantibus *Ponâ, Lobeliô, Avicennâ*, (qui theriacalem virtutem tribuit *Doronico*) ut & *Septaliô l. 9. Apb. 54. Animad.* Accedit, quòd recipiatur in *Electuari-um de Gemmis, aromaticum, & Diambri.* Denique si esset suspecta radix, tantùm foret ratione excessus, quò & alia præstantissima, v. g. *Crocus, Moschus, Ambra &c.* peccare possunt. Verùm enim verò licet *Gesneri* opinio ex parte sit optima, res tamen omnis experientiæ relinqvenda, quâ adserente, scimus, an sit venenum vel alexipharmacum? Nam illam rationem quod attingit, quæ venenum, respectu canis, pronunciat, & respectu hominis negat, illa est simplex ignorantiaæ asylum, quò acquieverunt autores, quando rerum naturalium causas vel noluerunt, vel non potuerunt scrutari. Nec valet consequentia: Hoc Simplex in præstantissimas Compositiones recipitur; E. est alexipharmacum. Nam *Nux vomica* ingreditur etiam *Electuar. de Ovo.* De jure, an de factò? Posterius vero est magis simile. Ideò manet mea Conclusio, quòd experientiæ arbitrio hæc de radice *Doronici*, non secus atque alia, sint relinqvenda. *Vid. Worm. p. 145.*



## XIX.

Radix *Moringa*, quàm locò lapidis Bezoardici usurpant Indi, vid. apud *Christoph. à Costa p. m. 281. & Pancir. l. 2. tit. de Bezoar.* Hæc quoniam nobis ignota est, quid obstat, quò minus Angelicæ radicem substituamus? quæ cum lapide quoque Bezoardico Orientali optimè certabit.

## XIX.

*Rhodia* radix sic dicitur, quoniam ex Insulâ Rhodo (cujus incolæ à D. Paulo in Epistola vocantur Colossenses) ad nos adfertur, non quòd sit radix Rosarum; aliàs deberet dici Rhodina. Pulvis ejus cum pulvere Verbenæ conducit in Cephalea, &c.

## XX.

*Sarsaparille* radix magnam habet convenientiam cum Smilace aspera. Juxta etymon denotat vitem parvam; Vid. *Worm. p. 159. Guilb. Piso in H. N. & M. l. 4. p. 258. Salmuth. in Pancir. T. 1. de N. O. pag. 51. & Jul. Ces. Claudinus in S. 3. Append. de Ingressu ad Inf.* qui valdoperè illam laudat in Catarrhis, Arthridite, Cachexia, aliisque affectibus, qui ab inqvinatione sanguinis ortum traxerunt &c. Possent huic capiti plures adhuc Exoticæ radices addi v. g. Batatas, Tarruffi &c. quoniam vero illarum usus hic locorum est ignotus. Vide sis, interea *Clus. Exot. l. 4. c. 51. 52. Lobel. p. 317. & alios passim &c.*



## CAPUT III.

DE LIGNIS, FUNGIS,  
VISCIS.

## I.

**L**ignis quoque indita est virtus & facultas medicinalis, ut hinc inde in *Garzia, Pisone, Wormio &c.* videre licet. Nos considerabimus, recepto more, tantum usualia, & quidem

## II.

*Lignum Aloës*, quod dicitur Gr. *ξύλαλον* in officinis corruptè *Agallochum*, Germ. *Paradies-Holz*. Cur lignum Aloës vocetur, multi sunt, adhuc incerti. *Hofm. l. 2. c. 25.* addit: *Forsan Αλον* Indicò Idiomate denotat odoriamentum. *Bontius ad c. 16. Garz. ab Horto* derivat denominationem à sapore, his verbis: *Lignum hoc Aloës gustu planè aromaticum & subamarum est, unde forsàn Aloës nomen mutuatum fuit.* Nemo enim velim credat, Aloëm, succum Officinarum concretum esse hujus arboris, de quâ lignum hoc est, ut facit, *Worm. p. 272.* sed est arbor peculiaris, Oleam representans, quemadmodum *Garz. p. 67.* hoc egregiè diducit. Aloë namque Officinarum est succus Sedi majoris, vel Sempervivi marini. Deinde *Bontius p. 20.* demonstrat, duritiem hujus ligni non competere Sempervivo. Fructum autem vel florem hujus arboris nemini videre licuit: Grassantibus enim frequenter Tigribus ibi, accessus ad eam non patet. Usualia sunt (i.)  
pulvis



pulvis Xyloaloës ; à ʒj egregiè medetur Cholera. *Bont. l.c.* ut & Ascariidibus & Lumbricis : (2) Extractum, ex quò facili negotiò parari potest Essentia, quæ frequenter utor in adfectibus Cordis & Stomachi, & impuritate sanguinis corrigendâ : (3.) Species Dia - Xyloaloës potissimum in ventriculi debilitate : (4.) Trochisci de ligno Aloës.

## III.

*Asphaltum* videtur esse species prædicti Agallochi. *Worm. p. 166.*

## IV.

*Colubrinum* efficax est contra Colubrorum & Animalium, virus ejaculantium, morsus vel ictus. Hujus radix maximè in usum venit contra febres. *Bontius in Garz. c. 44. Worm. 167. 168.*

## V.

*Gvajacum* an Ebeni, vel Fraxini, aut Buxi sit species, vid. in *Worm. pag. 170. in Matthiol. in l. 1. Diosc. c. 3. Pancir. l. 2. p. 31. Pisone H. N. & M. p. 146. 147. Sennert. in Paralipom. & Consalv. Ferrand.* Differentia, quæ à nonnullis autoribus desumitur à crassitie majore vel minore matricis, dum illud *Gvajacum*, hoc Sanctum adpellant, est nulla, uti probat *Schræderus & alii*; Sunt potius differentia, ætatis & Senii ratione, arbori huic supervenientes, à quibus isti diversi colores & crassities, proveniunt. Usurpamus lignum, corticem & gummi; quod posterius rarum est, & magni momenti in Lue ðrea, ut & ipsum lignum, quod



quod κατ' ἐξοχήν Frankosen-Holz/ vocatur. Of-  
 ficinalia sunt (1.) Decoctum, idque simplex, vel  
 compositum cum aliis lignis & Glycyrrhiza:  
 quò decoctò primariò utuntur patientes ad  
 provocandum sudorem, secundariò & quod ex  
 remanentiâ prioris paratur, pro potu ordinariò:  
 (2.) Essentia ligni sancti (3.) Oleum, quod un-  
 gventis ꝑlibus in morbo Gallicò permiscetur:  
 (4.) Spiritus vel liquor acidus, de quò vid. *Rol-  
 sinck. & alii.* Inservit potissimum hic liquor pro  
 extrahendis Corall. Tincturis, ideò optimum  
 censetur menstruum.

## VI.

*Nephriticum* ab effectu vel parte, quibus me-  
 deri creditur, puta in Dysuria, Calculo, vel In-  
 flammationibus renum &c. ita vocatur. Cha-  
 racter ejus est, quando aquæ immittitur.  
 tunc istam cœruleo inficit colore, quamvis ligni  
 materia quodammodo albicet, *Worm. p. 171. 172.*

## VII.

*Rhodium*, quia odorem rosæ aliqualem præ se  
 fert, vel etiam quoniam circa Insulam ejusdem  
 nominis provenit. Asphalti speciem esse, o-  
 mnes unanimiter docent. Sed *Honorius Belli in  
 Epistola quadam ad Clusium*, verum Cytisum Ma-  
 rantæ tradit esse, quod tamen vero vix simile  
 videtur, quoniam Cytisus non fundit Resinam,  
 ut Rhodium, nec alium præter herbaceum obti-  
 net odorem. Usus ejusdem peculiaris non est  
 in



in Officinis, nisi quòd oleum ligni rhodii odora-  
mentis inferviat.

## IIX.

*Santali species, sc. rubri, citrini & albi, cujus arboris ligna sint, vid. in Garz. c. 17. Præstantissimum est citrinum, deinceps album, licet in officinis sæpissime conjungantur, uti habes in speciebus Diatrion Santalon, quas sæpissime adhibemus in ardore viscerum mitigando: Deinde Extr. vel tinctura Santalor. denique Ceratum vel unguentum ex Santal. vide in Bont. p. 23. qui simul egregiè adnotat, quòd odor recens cæsarium arborum Santali, febrem putridam, cum bulimiâ & absurdarum rerum appetitu excitat; sic enim p. 22. Hunc effectum ortum suum trahere ex recens cæsarium arborum Santali cortice viridi, incolæ certius certò affirmant. Nam cortex tam virosi nescio quid exspirat, quod cerebro valdè infestum est.*

## IX.

*Sassafras, vel Xylomarathrum habet odorem fœniculi, (hinc Germ. Fenchel-Holz / vocatur) imò virtutes, & qualitates ejus possidet. Piso in historia naturali & Med. l. 4. p. 145. 146. Salmuth. in Panciroll. l. 2. p. 53. 54. Worm. 173. Decoctum ligni Sassafras Chronicis morbis egregiè medetur, & potissimum Catarrhis, quorum quasi panacæa censetur, uti habet Brunnerus in Consil. præter hoc Extractum, & Essent. vid in Dispens.*

X. Fun-



## X.

*Fungus Chirurgorum* fabulosè vocatur *Weiber-*  
*Sist* / vid. *Schræd.* Magis adhuc fabulosè crepitus  
 lupi vocatur: Cur enim præ cæteris lupi crepi-  
 tus tantoperè coagulari debet? Inservit pro si-  
 stendo sanguine; ob id inventori laudes debentur  
 perpetuæ.

## XI.

*Fungus* vel *Boletus Cervi*, alias *tubera terra*,  
 Germ. *Hirsch-Brunst* / quia putatur in commu-  
 ni fungus hic generari ex semine cervi in terram  
 prolapso ex vulva Cervæ. Ast quid responde-  
 tur illis autoribus, qui fungostales reperiri scri-  
 bunt iis etiam in locis, ubi nullus unquam cer-  
 vus invenitur? Itaque credibilius est, cervos e-  
 jusmodi odore fungorum delectari, & ex tellure  
 quasi effodere. Nec obstat, quòd boleti tales  
 mentulam virilem erectam interdum referant.  
 Quis enim nescit, naturam in naturalibus mi-  
 rum in modum ludere? Quis nescit *Priapolithos*  
 & *Hysterolithos* apud *Borellum in Obs. in Worm.*  
 p. 23. Quò prolixior de horum boletorum origine  
 est dissertatio, eò rarior apud nos est usus. An-  
 frem moveant, vid. *in Matthiol. 3. Ep. 45. p.*  
 145. Adnumeratur in communi *Alexiphar-*  
*macis*, licet non desint, qui exinde conficiant  
 philtia.

## XII.

*Agaricum*, vel fungum *Iaricis* quod spectat, ra-  
 tione usus satis est celebris. Bonitates ejusdem  
 versiculis mnemonev<sup>icis</sup> sunt inclusæ:

Res

ora-

ujus  
 tiffi-  
 offi-  
 spe-  
 dhi-  
 inde  
 tum  
 . qui  
 cæsa-  
 cum  
 itat;  
 abere  
 ridi,  
 m vi-  
 è in-

orem  
 atur)  
 o in  
 mutb.  
 cum  
 nede-  
 si pa-  
 Consil.  
 pens.

. Fun-



*Res frangi præsto pretiosus Agaricus esto :*

*Candidus & splendens bonus in libra leve pendens.*

Dicunt Practici communiter, quod in substantia facile dari non debeat. Sed ego nescio ob quæ pericula? Ventriculo quidem excitat nauseam, ast hoc alia quoque faciunt purgantia. Et quid respondetur *Democrito*, qui eum alicubi vocavit medicinam familiæ? Sane plebeji non poterunt illum semper præparare. Insuper legitur in *Spigelio lib. 2. de Hemitriteo*, quod aliqui à ʒj. ad ʒiʒ. sumant in substantia absque damno, ex quo cum aliis autoribus vult evincere Agarici virtutem alexipharmacam, quam veteres quoque illi attribuerunt, dum receperunt illum in compositionem Theriacæ. Communiter accensetur phlegmagogis: Verum, uti probatum aliàs, falsò, quia purgat quævis obvia excrementa. In officinis sunt nota (1.) Agaricus ipse trochiscatus: (2.) trochisci de Agarico: (3.) Extractum: (5.) MP. de Agarico.

## XIII.

*Quernus fungus* in annosis quercubus reperitur, & valet potissimum contra Dysenteriam, ut & qui deprehenditur interdum in Sorbo, ante quinquennium multum in Diarrhæa quæsitus.

## XIV.

*Sambuci* à figurâ externâ dictus est *Auricula Jude*; quam figuram oppidò videbimus; si maceretur per quadrantem horæ in  $\nabla$ . Hic injectus in potum, curat Batrachium puerorum.

## XV.



## XV.

*Viscum ligni corylini* in Epilepsiâ abigenda omnibus præfertur ferè medicamentis, uti experimentum hoc confirmat *Heinr. ab Heer. obs. 8. p. 129.* Præter hanc virtutem resistit morsibus serpentum: Anodynum est, & vermes enecat. Inter usualia prostant (1.) Spiritus: (2.) Oleum, quod multi medicorum habent pro *Heracolino Rulandi*, quò mira præstitit in Epilepsiâ, nec sine ratione forsan habent. Quia enim *Corylus* primum ex *Heraclea Ponti* in Græciam translata fuit, *Heracleotica* seu *Pontica* fuit dicta, adeoque & nuces *Heracleoticæ* sunt *Ponticæ* vocatæ. (3.) Unguentum contra veneficia & incantamenta. Quod primò descripsit *Carrichterus Germ. p. 445. von Heilung und zauberischen Schaden. Et lib. 2. p. 140.* sed modò obscurò: *Heinricus vero ab Heer* posteritatis in commodum dilucidavit, & fit ita:

Recip. Adipis canini liquid. & mund. ℥iv.

Urf. ℥viii.

Caponis ℥xxiv. deinde

℥. truncos visci corylini, adhuc viventis.

Frustatim sectos & tusos, dum humescant: Contunde autem simul lignum, folia, baccas, & misce omnia in phiola; quam ☉i septimanas IX. cum exposueris, eò utere, & inunge Veneficatorum corporum partes: sic certum habebis experimentum contra incantamenta. Solum pro-

E

stat

lens.  
tan-  
o ob  
nau-  
a. Et  
i vo-  
n po-  
legi-  
liqui  
mno,  
gari-  
teres  
illum  
er ac-  
atum  
xcre-  
cus i-  
:(3.)

eperi-  
um, ut  
ante  
itus.

ricula  
si ma-  
jectus

XV.



stat in officinis Francofurtensibus ad Moenum, & caro pretiò venditur, vobis verò gratis communicatur.

## XVI.

*Viscum ligni querni* eadem ratione commendatur contra insultus epilepticos, ut & ejusdem acidus liquor vel spiritus. De glutine ex ligni viscò vide Plinium, *Matth. Mechanicos & Physicos de Turdo.*

## CAPUT V.

## DE HERBIS ET FOLIIS.

## I.

**C**Rambem bis coctam híc afferre nolo, quia herba verno & æstivo tempore demonstrantur in Horto. Et quamvis objici possit, quòd exsiccatarum longò sit alia facies, (uti benè recorder:) istum tamen defectum *Horti Hyemales*, hoc est, libri isti, quibus plantæ siccatæ atque agglutinatæ sunt, uti loquitur Spigelius *l. 1. Isagog. in R. H. p. 131.* facilè supplere possunt.

## II.

Ne tamen sterile hoc Caput relinqvatur, addam nonnulla, quæ in Medicorum Scholis nunc sunt nota de *Herba Thee*. *Bontius* de fructib. *Indor. p. 97.* dicit *Bellidis vel Consolide min. folia* cum parvis in ambitu incisuris eam referre. *Neuboff*, qui regnum *Sinense* nuper accuratissimè in Idiomate Germanico descripsit, statuit esse speciem



ciem *domestica Rosa*; quem vide p. 347. ut & *Ol. Wormium* p. 165. Ast *Simon Pauli* in *Tr. de Abusu Tabaci & herba Thee*, putat: quod nihil aliud sit, quàm species quædam *Myrti*, quæ à quibusdam dicitur *Chamæleagnus*, seu *Botrys regia*: quæ, an eadem sit cum *Botry Mexicana* vel *Americana*, videtur probabile, ex odore *Rorismarini Sylvestris* quem spirat & *Chamæleagnus*, & *Botrys mexicana Horti nostri*. Quid ego dicam, nescio: nam viridem nunquam vidi. Flores, juxta descriptionem *Neuboffii*, habet albos: ast in parte interna luteos, magnitudine *Oxyacanthæ* florem repræsentantes. Semen post deciduos flores in Pericarpio invenitur nigricans: quod si terræ committitur, intra triennium frutex novus progerminat. Nec Autor allegatus dubitat, quòd nostris in regionibus *Herba Thee* crescere possit, modò semen benè munitum ad nos ferretur, & in locum umbrosum sereretur.

## III.

Folia in eodem frutice variant, adeò quidem, ut minora majoris semper sint pretii, uti autor jam citatus egregiè notavit p. 347. 348. his verbis: Die Blätter von der fünfften und letzten Größe / wenn sie wohl bereitet seyn / kommen auf 50. Gulden / auch zum öfftersten auf 150. Holländische.

## IV.

Vires herbæ *Thee* sunt apud *Chinenses* incomparabiles, ita quidem, ut plus huic tribuant, quàm *Alchymistæ lapidi Philosophorum*. In spe-



cie vero sanguinem ultra modum purificat, partim per sudorem, partim etiam per  $\nabla$ m. Et hæc est causa, ob quam Sinenses nunquam fiunt Podagrici vel calculosi. Svaviter quoque volatilisando spiritus, vigilias amœnas inducit, ut aliquis in multam noctem possit lucubrationibus indulgere, quemadmodum testatur *Tulpius Obs. ult. p. 400.*

## V.

Modus utendi herbâ Thee est triplex: (1.) Japonenses folia Thee pulverisata injiciunt in Cyathum, & adfundunt  $\nabla$ m ferventem, quam deinde absorbendo deglutunt. (2.) Chineses pauperuli folia quædam hujus Thee injiciunt in poculum  $\nabla$ â calidâ repletum, relinquunt in infusione, usque dum virtus foliorum nonnihil extracta: hanc  $\nabla$ m postea bibunt, relictis in fundo foliis: (3.) Tartari vel Sinenses præcipui, recipiunt herbæ Thee  $\text{mj}$ . committunt vasi, quod  $\nabla$ â calenti repletum; huic  $\nabla$ æ adfundunt lac optimum, partem quartam in proportione ad  $\nabla$ . calidam, adjiciendo modicum  $\Theta$ is: quem liquorem postmodum ex ligneis phialis & argento intrinsecus obductis, sorbitione adsumunt; in quò Germanis sunt delicatiores. Sorbendò namque gustui major conciliatur voluptas, quàm nudâ liquidorum transitione; quod plebejis, quando hausticòs bibunt, est familiarissimum: quod etiam in illis videmus, qui bonitatem vini sorbilandò probare solent. Apparatum ad hujus decocti



cocti usum Sinenses habent peculiarem, quem  
prolixè descripsit *Tulp. l. c.*

## VI.

Tandem multis quidem abhinc annis in Chi-  
næ regnò crevit hæc herba Thee; sed quoniam  
ejus usus non adeò fuit notus Chinesibus, pro-  
pagatio & cultura ejus tam frequens non fuit, u-  
ti quidem nostrò tempore. Quod si fortè cele-  
bratos in nostris regionibus non edit effectus,  
tribuendum erit ejusdem adulterationi. Cre-  
dendum namque, quod multæ plantæ, quæ cum  
rosis convenientiam habent, ab aromatariis, sub  
herbâ Thee vendantur. *Worm. pag. 165. Tulpius,  
Neuboff, & Sim. Pauli, Bontius Ephem. gallic. p. 330.*

## VII.

Injuriâ suâ, vel jure, *Rosa Hierichuntica* vel  
*Sanctæ Mariæ*, an huc pertineat, mox adparebit.  
Scil. nil minus est, quàm *rosa*: est potiùs species  
*Thlaspeos*, deinde *Monachorum* argumentum,  
quod pro hujus defensione sumserunt ex hóc Bi-  
blicò *Syracid. 24. v. 18. Sicut plantatio rosæ in Jeri-  
cho &c.* falsum est, quoniam hæc planta circa  
Hiericho non crescit, sed in Arabiâ deserta, ad  
littora maris rubri. Intelligendus itaque poti-  
us est hic locus *de rosis rubris vel puniceis*, *Vid. Bel-  
lonius Obs. l. 2. c. 86. p. 338.* Tandem effectus etiam  
fallit; nam mulieres ex opinione utuntur illâ,  
tempore partûs, ad investigandam pariendi ho-  
ram. Quandoquidem (sicuti sibi persuasum ha-  
bent) in  $\nabla$ m demissa non prius fatiscit, quàm



fœtus nasci incipiat, atque orificium uteri inter-  
 num aperiat. Aperit enim sese hæc rosa putati-  
 tia quolibet tempore in  $\nabla$ m demersa, non tan-  
 tum in vigiliâ Nativitatis Dominicæ, verum et-  
 iam extra eam, & extra tempus partûs. Imò  
 interdum sese aperuit, fœtus tamen nihilomi-  
 nus in uterò fuit extinctus. Mirum! tantas in-  
 ter Christianos vigere superstitiones, & nihilo-  
 minus tam profundè occuparunt mulierum qua-  
 rundam animos, ut interdum *Rosæ Hierichunticæ*  
 ( præsertim à Papâ consecratæ ) plus tribuant,  
 quàm auxilio divino. Eleganter huc Bellonus  
 ipse l. c. *Stirpes per hanc planitiem nascentes, in*  
*memoria revocarunt pusillam quandam plantam,*  
*quam nonnulli impostores Monarchi Rosam Hieri-*  
*chontis appellarunt, cujus radice aqua imposita cum*  
*plantula hæc aperiatur, satis tolerabilis impostura*  
*prætextum sumserunt, ut admirationem spectanti-*  
*bus inducerent, affirmantes, eam in Vigilia Nativita-*  
*tis Dominicæ duntaxat aperiri, vel cum Mulieres*  
*partus difficultate laborant. Qui illius naturam i-*  
*gnorant, alio tempore non posse aperiri existimant,*  
*sed falluntur, &c.* Rationes vero cur se explicet,  
 addit Cornut. c. 45. d. Pl. Canad. p. 114. His verbis:  
*Nec in viventibus modò, id efficit aqua, sed & in ari-*  
*dis plantis, quod videre est in Rosa Hierichuntea,*  
*trigesimo postquam eruta est anno, cujus si Radicem*  
*aquâ madefacias, quæ conglobatis eras in sese ramu-*  
*lis, strigosis, aridis, & mortuis: Hujus illico Brachia*  
*reviviscunt, flosculique contracti expanduntur, stu-*  
 pendo



pendo quodam naturæ miraculo, quo solent obstetrices parturientibus mulierculis illudere: affirmantes, hoc ideo contingere, quia proximum est partus Tempus: sed fabula est: quovis enim alio Tempore idem accidit, modo subsit humor. Non aliunde etiam peti debet Conversionis plantarum causa, sive totæ, seu tantum foliis, solem sequuntur: illarum namque partes infimæ caulis, quæ Terra proxima sunt, tenebritudinis multum habent, radixque parvula brevissimis fibris hæret, quò fit, ut cum Sol cymas plantæ calefecerit, humorem à radice in Cymas attrahat, hinc pars infima tenera & mollis, facile inclinatur, cum superiores humore turgidæ, gravidaque deorsum nutent ad solem &c.

## VIII.

De reliquis herbis vel maximè utilibus ex India allatis vid. hinc inde autores, v.g. de Tabaco, Piso p. 266. & Magnenus in peculiari Tr. it. tubulos ad asthma ex Tabaco vid. in l. 3. Nicol. Manard. p. 440. vel de mirabilibus ratione effectûs, ut de herba Dutroa, quæ maritos præsentis, (si credere fas est,) reddit cornutos, Salmuth ad Pancir. l. 2. de Orbe Novo p. 60. & est nihil aliud, quàm semen Daturæ. Item de Caeo Pisonis, vel Herba sensitivâ Bontii, quam nuper Patavio accepi, vid. Piso. l. 4. p. 201. H. N. & M. Bontius l. 6. p. 119. 120. his verbis: Planta hæc nomen sortita est, quod contacta in se contrahatur, tanquam si pudore afficeretur, ob id etiam Herba Casta Pisoni vocatur; Primâ facie & superficialiter naturam hujus Plantæ consideranti,



ranti, mirum videtur, herbam resilire à contactu hominis: sed cum videam etiam in aliis idem evenire, mirari desino. Nam inter cæteras videre est semen Trifolii acetosi ( acetosellæ ) si contrectetur, exsilire, & manum hominis fugere. Præterea Cucumer asininus ( unde Elaterium confici solet ) ubi maturuit, linteo excipi debet, ut decerpatur, alioquin cum strepitu dissilit à se invicem, & manum Carpentis eludit. Notum quoque de herbæ istius siliquis, quam Noli me tangere vocant, quàm etiam Tactum, ubi maturuere, effugiant. Itaque non est, quod putemus miraculum hoc huic plantæ peculiare esse, ne, dum in hac re nimis altum philosophemur, idem nobis accidat, quod Christophorus à Costa refert evenisse Philosopho Malabarensi, qui præ nimis accurata hujus herbæ contemplatione amens fuit redditus. Vid. *Cornut. d. Pl. Canad. c. 47.* Denique, an philti loco adhiberi possit? consulenda experientia!

## CAPUT VII. DE FRUCTIBUS ET BACCIS.

I.  
**D**E Fructibus in genere *Salmuth in Panciroli. l. 1. T. 17. p. 47.* videri potest, qui tamen magis Antiquitati, quàm Medicinæ studet. Nos erimus h. l. solliciti de fructibus in Medicinâ rarioribus, quales sunt

II. Ana-



## II.

*Anacardium*, quod ita dicitur, quia figuram cordis refert, Germ. *Elephanten-Läuse*. Qualis arbor sit, quæ anacardium profert, ignoratur: at tamen quoniam, censente *Costá*, fabæ similitudinem habet, non tam ad arbores, quàm ad herbas vel frutices pertinebit. *Worm. p. 187. Ubi idem p. 192.* etiam alterum genus *Anacardiorum*, ut & apud *Garz. & Pis. l. 4. p. 120.* reperies: cujus arbor à Brasiliensibus *Acaiba* & fructus *Acajan* nominantur. Nos, quoniam fructus isti facile cognosci possunt, de arbore illorum non erimus tantoperè solliciti, sed potius videbimus, quænam de illis sint usualia? Occurrit (1.) *Succus vel Ol. urens*, quod intra corticem & ipsum fructum offenditur. Hoc indunt cariosis dentibus, indequæ levamen sperant Indi, non secus, ac nostrates quidam — *Ol.* hoc in adfectu adhibent. Iste tamen succus rarò nobis est conspicuus, tanquam liquidum quid. Maximam enim partem jam congelatus & siccatus est intra nucleum: (2.) *Oleum expressum*: de cujus præparatione uti non dubito, quòd sit possibilis: ita de ejusdem usu, nemo adhuc est certus? (3.) *Mel Anacardinum*, quò utimur in Clysteribus revellentibus, v. g. in Lethargo, Apoplexia, Paralyfi, memoriâ abolitâ &c. quò cum effectu? loquatur Praxis medica. (4.) *Confectio Anacardina*, ob virtutes insignes, quibus memoriam confortat, mentemque acuit, vocatur à quibusdam *Confectio Sapientum*;



quibus Diametro contradicit Hoffm. l. 2. pag. 487. eamque nominat *Confectionem stultorum*, quia compertum est, usu ipsius quosdam fuisse factos maniacos. Hanc experientiam Hoffmanni uti non rejicio: ita non prorsus approbo, aut medicamentum hoc inculo. *Notum enim est, quod omnia medicamenta mnemoneutica debeant exhiberi cum exactissimo regimine Diætæ. Hoc Diætæ regimen quoniam nemo potest sustinere, quin multoties in sex rerum non-naturalium usum peccet, contingit, ut contrarius eventus vel effectus hæc medicamenta sequatur per accidens, non secus, atque in quibusdam juvenibus experimur, qui confectione Alkermes, aliorumque Ambratorum usu delectantur. Accedit etiam non raro frequentior Anacardinx Confectionis usus, quam par est. Qvis autem in tali casu vellet hoc attribuere confectioni? Adde, quod reliqua ingredientia maximam partem sint calida, adeo, ut minimus calor gradus huic fructui Anacardio sit adscribendus. Quoniam igitur mnemoneuticorum tam periculosus & dubius est eventus, cautè à Practicis debent adhiberi. Idem judicium esto de  $\nabla$ . Sophorum Dorncrellii, &  $\nabla$ . Magnanimitatis Mynsichti, &c.*

## III.

*Been*) Fructus hi nihil sunt aliud, quam *glans unguentaria*, vel *balanus Myrepsica*, quam Arabes Medici vocarunt *Been*, quod nomen hunc usque in diem retinuerunt officinæ. Arbor juxta Aldinum est similis genistæ. Præter effectus, quos vomitu



mitu & palpitatione fructus isti edunt, oleum expressum Ejusdem expetitur ad odoratissima unguenta, Balsama, vel Olea Natal. miscenda. Nunquam enim si Phycis credendum, contrahit rancorem, ut reliqua. Hinc non tam ob fragrantiam, quam ob hanc qualitatem magni solet esse pretii. Fides hujus adsertionis sit penes experientiam! *Vid. Borell. in Observ. Been magnum medicorum, vel avellanam purgatricem describit etiam Worm. p. m. 187. Quæ supra in cap. de Radicibus de Been albô & rub. adducta, vide in Limon. Marino, Saponaria.*

## IV.

*Cacao* fructus est per Americam celebris, multique usus. Minor est amygdalô compactior tamen; non ingrati saporis, assimilatur peponi, plenusque est *Cacao* nucibus. *Guilb. Piso in Mantiss. arom. c. 17. 18. p. 196. 197.* Arbor ipsa ab Indis vocatur *Caca buaqva butil*, Lat. *Cacaoifera*, magnitudine aurantiæ, & ob id tanti æstimatur, ut commerciorum magnam constituat partem in Novâ Hispania. Nam utuntur hóc fructu Incolæ nummorum vice, dum eundem pauperibus erogant. Usum verò potissimum habet in potu, quem ex massa illa, *Chocolata* dicta, conficiunt, qui ab Indis insanum in modum diligitur, atque in summo precio habetur. Confit autem hæc massa vel ex solô fructu *Cacao*, in pastam redacta, vel admixtâ Ambrâ atque aliis A-

roma



romaticis, præsertim fructu indico *Benzœnil*, vocato, de quo infra! prout modum conficiendi descripsit *Ant. Colmonerus de Ledesma*. Ob insignem usum confortandi fr̄em, vocatur Brunsvicensibus in Pinace Officinalium, *Venus. Brot.* Non autem solum fr̄em roborat, sed etiam stomachum. Vid. *Franc. Mariæ Cardinalis Brancatii Tr. de usu Chocolate*; & *Zacuti Praxin admir. l. 2. obs. 7.* de Cachunde, insuper ingreditur Confectionem pacificam *Mynsichti*, & Marmeladam ejusdem stomachicam.

## V.

*Cassia siliquosa*, insuper *Cassia Arabum* (ad differentiam Græcorum, de quâ in Cap. de Aromat.) ãt. *Cassia nigra fistulosa*, solutiva ab effectu, dum ventrem aperit. Arborem vid. in *Garzia ab Horto & Christoph. à Costa*, ut & *Gvilh. Pisone l. 4. H. N. & M. p. 158.* Duplex autem est, Orientalis & Occidentalis. Ultra præstantior? Vid. in *Mus. Worm. p. 194. Panciroll. l. 2. p. 124. Bont. l. 6. H. N. & M. c. 10. p. 101.* Pulpa hujus vocatur flos, medulla, *Cassia extracta*, quando scil. à siliquis est liberata. Hæc pulpa si misceatur cum therebinthina, nephriticis doloribus, ut & Gonorrhææ, ab impuro concubitu contractæ, opitulatur. *Bont. p. 32. 33.* An in Dysenteria proffit? *Vid. ibid.* Videtur, quòd non, quoniam potius illam excitat, & quoniam juxta non nullos, boves in Javan continuo alvi fluxu infestantur ex pastu foliorum arboris *Cassia*; quod tamen optimis rationibus



nibus refutavit *Panciroll. l. 2. p. 125.* Ideò causa hujus fluxus non tam in foliis hisce, quàm in aëris vitiò consistit, ut & in adularatione Cassiæ, à mercatoribus facta. Ut enim pingvior & minus vetusta appareat Cassia, solent eam in locis humidis adservare; *Joh. Costeus in Mesuen.* Rarò nunc adhibetur, quia sive bolus, sive potio exinde fiat, dosis videtur excedens: Interdum tamen in forma infusi exhibetur. *Vid. Morell. p. 29.* Interm prostant (1.) Extracta Cassiæ communis, pro clysteribus puerorum: (2.) Electuar. Dia-Cassiæ (3.) Extract. Cassiæ: (4.) Syrupus Renodæi è Cassiâ.

## VI.

*Caricæ*) magni sunt usûs in Praxi, potissimum verò in maturandis apostematis vel carbunculis pestilentibus. De Ficu Indica *vid. Salm. in Pancir. l. 2. t. 1. de N. O. p. 54. 55. ut & Neuboff de R. S. p. 364.* qui ficum tantæ magnitudinis esse adseverat, ut 3000. homines sub ejus umbrâ possint considerare. Inter Patres sunt *Irenæus & Tertullianus*, qui pomum vetitum in Paradiso voluerunt fuisse ficum: hoc argumento, quòd foliis fici pudenda velaverint Protoplasti, quamvis alii Sycomorum adducant, alii ex majori foliorum aptitudine arborem *Musam*, Dactyli speciem, aliàs pomum Paradisi & ficum Indicam dictam, substituant. *Worm. p. 163. Dodonæus de Musa, Pempta de VI. l. 3. c. 2. p. 792. Clus. l. 2. cap. 10. in Notis ad Garz. p. 19.* De Pomis Adamî, quæ sunt Aurantiæ speci-



species, vid. in Matthioli *Kräuter • Buche / &c.*

## VII.

*Citriamala* ob usum & virtutem dicta sunt *medica*; omnes siquidem hujus fructus partes, omnes etiam species, humano generi mirum quantum profunt. *Vid. Riv. Prax. p. 473.* Differentiam horum habet *Dodoneus, Lobelius & Ferrarius l. 2. Hesperidum.* Citronata, Melonis vel cucumeris speciem referentia, vocantur *Lobelio Lime p. m. 425.* & nondum satis matura cum cortice & carne incisa, exemptis nucleis condiuntur nostris *Citronat.* *Limonia mala* sunt citri silvestris fructus: de quibus *Schræderus in Pharm. L. 4. p. 49.* An *Poma Sinensium* comprehendantur sub citrio dulci Ferrarii? hæreo, quoniam potius aurantia mala repræsentant, nisi cum *Matthiolo Aurantia & Limonia mala* ad unum Caput, scil. *Citriorum*, referre malis. *Vid. illum in Kräuter Buche p. 90. Citrosæ Vestes* quid fuerint, olim explicatum est in *Macrobio*, qui putat, citrium malum vestibis propterea fuisse interjectum, ut odore suo fragrantissimo necaret tineas, & blattas, addo, ut etiam pellat virtute sua venenum. *Horst. in Dispens. p. 176.*

## VIII.

*Colocynthidis* poma, sunt fructus cujusdam cucurbitæ sylvestris. Et est vehementissimum purgans, raroque adhibetur in substantia, quia ventriculi & Intestinorum tunicas vehementer lancinat,



cinat. Insuper Menses & Fœtum pellit : Hinc suspectæ personis notæ nunquam in Officinis vendi debet. Pulpa ejus si in clysteribus præscribitur, semper liganda in petia, ne quid de substantia illius ingrediatur liqvoem Enematis. De cætero si rectè corrigitur, pro insigni habetur arcano in lue fœrea. Prostant in Officinis de Colocynthide (1.) Trochisci, qui Arabicò nomine dicuntur *Alhandal*, quod Arabibus idem est, ac Colocynthis. Rarius in usum trahuntur, sed potiùs (2.) Extractum Trochiscorum Alhand. quod pro corrigente & purgante maximo habetur, etiam in dosi exigua : (3.) Extractum ipsorum pomorum vel pulpæ; de qua *vid. Ang. Sala* : (4.) Infusum Trochiscorum Alhand. quod quibusdam est *Spiritus vitæ aureus Rulandi* : licet *Tenzelius* opinetur, rubrum Rulandi ex terra sancta (†ij) præparari. Quomodo hæc terra sancta fiat, declarat *Rolsinck. in Chym. p. 376*. Denique quæ de Apocolocynthosi *Claudii Cesaris* reliquit *Seneca*, lege apud ipsum p. 798.

## IX.

*Cydonia mala*, vel *Chrysomela*, hûc etiam pertinent, præsertim in *Bengala* nascentia, quæ ob eorum visciditatem commendatur à *Garziân ambustis p. 200. 201*. Sed sinistro eventu, quoniam propter mucilaginem pertinacius adherent, ac citra insignes dolores removeri non possunt, & sic per consequens Mundificationi ulceris obijunt, &c. Lusitanis malum cydonium est *marmelas*:



melas: Hinc ortum traxerunt *Marmelade*, h. e. Confectiones vel Condituræ saccharatæ, ab Hispanis inventæ. *Horst. in Diss. p. 88. c. de Pandaleis*: quarum *Marmeladarum* vide insignem numerum in *Mynsichto* & *Horst.* estque præcipua basis pro consistentia *Diacydonium simplex*.

## X.

*Dactyli*, fructus sunt Arboris Palmæ. Rarò in Medicina usurpantur, nisi nuclei pro lithontriptico. In Officinis notum est Electuarium *Dia-phœnicôn*, cujus basis sunt palmæ (seu pulpa palmarum) additò Turpethò & *Diagrydio*. De *Palmis Dactyliferis* vide *Pison. l. 4. p. 28. 29.* Oleum palmæ paratur ex palma saccifera vel nucifera: Vid. *Worm. p. 213.* & *Pison. l. c.* An Ceratum *Dia-palmæ*, quod inter coqvendum spatulâ palmeâ agitatur, hûc pertineat, judica. Basis ejus, scil. *Chalcitis*, tibi monstrabit aliud. Ob affinitatem nominis addo *Tamarindos*, quasi dicas *Palmam Indicam*; aliàs ad differentiam Palmæ *Tamarindi* vocantur *Dactyli acidi*, ut & Græcis *ὄξυφόινιξ*. Arbor à *Pisone p. 155.* descripta, non tam ad *Palmas*, quàm *Acacie* vel *Cassie* species referenda: est enim filiqvifera, quod palmis non convenit. Decoctum & modum præparandi apud *Javanos* vide in *Bont. l. 6. c. 4. p. 93.* Mirandum est, inquit, ut hæc (scil. *Sacch. Javan. nigri ℥ij. Tamarind. ℥ij. Limonum recentium incisorum N. ii*) invicem fermententur, & sine igne cum strepitu ebulliant, non secus ac *Lebetes Cere-*  
visia-



visiarii, supposito copioso igne, effervescent, &c. Utimur etiam cum insigni fructu Infuso Tamarind. præsertim in ardentibus febribus. Electuarium de Tamarindis lenitivum, non est amplius usuale, vide tamen Dispensator.

## XI.

*Myrobalani* vox etiam (uti demonstrat *Garzias ab Horto*) competit Balano myrepficæ, de quâ suprâ. Hic sumitur pro fructu arboris *Hovos* dictæ, & juxta *Garziamp. 114. 115.* Oleam, secundum *Bontii αὐτοψίαγ L. VI. c. 24. p. 109. 110.* cerasum fermè repræsentantes. Sunt illæ quinque generum, à diversitate regionum vel urbium, in quibus proveniunt, prunis nostris prorsùs non dissimiles. De virtute purgatoria, quæ illis tribuitur, & potissimum citrinis, ac si hæ præ reliquis bilem flavam educerent, dubito. Nam quod massam pilularum de quinque generibus Myrobalanorum attinet, fateor, illas satis purgare. Verùm estne effectus iste Myrobalanis per se tribuendus? Negatur; aliàs non opus fuisset, tot purgantia admiscere. Exceptis enim quatuor Ingredientibus, reliqua omnia sunt purgantia & quidem validiora. Nam si Myrobalanî per se purgarent, leviora purgantia hanc ipsam massam cum illis potuissent constituere. Nec tantùm purgare creduntur, verùm etiam virtutem adstrictoriam post se relinquere, & ob id Dysentericis valdoperè commendantur, quod iterum de prædictis non concedo, sed de aliâ specie



*Pseudo-Myrobalanorum* in Java provenientium, quarum meminit *Bontius pag. 138.* & tantum adstringunt sine virtute laxativâ. De cæterò commendantur vulgariter (1.) Extr. Myrobalan. (2.) Syrupus de Myrobalanis dysentericus: Cujus Descriptionem vide in *Sennerti Praxi.*

## XII.

Nux Indica ) Hæc an ad Palmas referenda? disputat *Salmuth ad Pancir. & negativam duabus rationibus tuetur, l. 2. t. 1. N. O. p. 57.* parum refert, siquidem meò judiciò, potest utrumque defendi.

## XIII.

Ipsæ nuces diversæ sunt ratione Arborum & externæ figuræ. Sic suprâ S. 2. C. 1. de Seminibus §. 4. Cocculi di levante descripti, jure suò ad nucleas Indicas referri possunt, item nux moschata, de quâ pluribus in c. 8. Etenim quando nucem Indicam conditam à Rhopopolis expeto, tunc moschatae nucem integram & omnibus involucris præditam mihi vendunt, eò modò præparatam, quò nostrates mulieres juglandes immaturas condiunt: datur tamen etiam *Coccus maximus*, cujus Nucleus, si fuerit recens, editur hic inter Bellaria, & habet saporem Castaneæ: & hic *Coccus maximus*, non tantum alimenta, sed etiam medicamenta & vestimenta Incolis Indorum suppeditat. Vide hoc probatum in *Garzia c. 26. Worm. Panciroll. Bont. Hoffm. & Neuboff p. 366.* qui contra scorbutum & Hæcticam multum valere statuit.

## XIV.



## XIV.

Nec omitti debet hîc Coccus de Maldiva, Tavaricare, sive Nux Medica Maldivensium, de quâ ex professo Augerius Clutius in peculiari Tract. quem posteritatis bono, *Piso in Mantissa Arom. p. 203.* verbotenus repetit, quoniam Editio Amstelodamensis Anno 1624. excusa, amplius haberi nequit. Insulas Maldivenses secundum omnia requisita descriptas vide in l. c. In harum littoribus nux hæc tantummodò reperitur, non alibi terrarum conspicua. Etenim à labente maris æstu non secùs, ac ambra Grysea in littus ejicitur, nec cuiquam tollere fas est, nisi statim deferatur ad Regem, vel ministros regios; nam

*Quicquid conspicuum pulchrumq; ex æquere toto est,*

*Res fisci est, ubicunqve natat.*

Quod argumentum est æstimationis admirandæ istius nucis, cum conferatur Ambra, imò præponatur, adeò, ut si quis repente fiat dives, vulgò æstimatur Tavaricare invenisse. Quemadmodum autem locus inventionis certus: ita origo anceps & incerta. Vulgus indigenarum ex Arboribus in mari latentibus, vel olim inundatione demersis, vel intra aqvas in aridò solò radices agentibus, fructum hunc provenire autumat. Religiosiores secùs existimant, siquidem in Insula Palloys dicta quærentibus abdita, ignaris obvia, nucem hanc gigni arbitrantur, inde caducum fructum post maturitatem Pela-



gi æstu, & reciprocatione hûc illûc jactatum, tandem in oras Maldivensium Insularum ejici. Nobis loco Nucis Maldivensis, transmissus est fructus Palmæ Cuciophoræ: Quàm mirabilis sit hujus nucis structura, patet ex demonstratione. Cortex sc. exterior est villosus & muscosus, nucleus in facie externa pariter; aliàs totus lapideus instar cornu monocerotis, relictis in eò adhuc germinum vestigiis, vid. Matthiol. *Kräuter-Buch* / p. 78. a. b. & Bauhin. in *Phytopinac.* p. 509. 510. Virtutes ejus sunt innumeræ, potissimum contra venena, Epilepsiam, *δυσκοίαν*, veluti aliquot observationibus adnotavit Clusius c. 12. & Piso in *Mantiss. Arom.* l. c. Usualis est tam cortex exterior pilosus, quàm medulla lapidea ad ℥ij. plus minùsve pro diversitate circumstantiarum. Indi annulis ☉ & ☽. hunc lapidem includunt, ita, ut foramen relinqvant, per quod cutem tangat; Hâc ratione sese à venenis & incantamento liberos futuros sperant, quam diu hoc gestaverint amuletum. *Worm.* p. 203 de gemma Maldivensium.

## XVI.

Vomica Nux, *Krähen-Neuglein* / vulgò nuncupata, malè à Cæsalpino adnumeratur fungis Orientalibus: proptereà, quia terræ commissa, germinat, & (quod mirandum) licet durissima sit, tamen facilè intra paucos dies tantam humiditatem attrahit, ut digitis penitus distrahi possit. Licet autem hæc sciamus, tamen

quæ



quid revera sit, aut ex quâ arbore proveniat, nondum certò constat, dicente Worm. p. 212. In communi habetur quidem pro Castanea Indicâ, item, quod sint capita vel fructus Tithymali Charazie; Vid. Dioscor. c. de Tithymal. Nec desunt, qui Vomica Nucem volunt esse fabas purgatrices, quas descripsit Monardes pag. 373. 374. Nonnulli denique putant, esse cor divi Thomæ, aut cum cocculis de Levante confundunt, ceu fecit *Jongvet. p. 15.* Vid. Lobel. & Clus. ast has opiniones omnes refutat autopsia, ideo res manet ubique dubia, quàm liquidò etiam constet Sennerto de Nucis hujus natalibus: Vid. Paral. Ejusd. ad L. VI. Prax. p. 168. 171. Dicunt in communi, canibus & felibus esse venenum, hominibus autem alexipharmacum; quâ de causa ingreditur etiam Electuarium de Ovo Maximil. I. Quæ adfertio licet videatur esse vera, & rationibus probabiliter defendi possit, tamen suprâ §. de Radice Doronici refutata fuit, nec aliquis imposterum tam temerarius esse debet, & nuce vomica uti solâ, multò minus recipere in aliquam compositionem nobilem, qualis est Electuarium de Ovo, quia suspecta est nux vomica propter malignitatem, licet frustrâ Sennertus cum Opio eandem l. c. comparet. Hinc Medici Augustani, quibus eadem nux jam dudum suspecta esse coepit, in Electuario de Ovo vel plane omitunt, vel semen citri aut rad. petasiditis laudabiliter substituunt.



Metel nux æqvè dubiæ originis est, atqve Vomica. Si credendum est Matthiolo in l. 1. Diosc. c. 142. p. 166. tunc vomica nux Officinarum erit nux Metella, & sic carebimus vomicâ. Budæus à Stapel in Eresium p. 1079. obscurè Metel describit, adeò, ut nesciam, quid sibi velit? Quod Hoffm. l. 2. p. 506. ex Angvillara adferre intendit, etiam obscurum est. Melior videtur sententia Bellonii l. 3. obs. 50. quæ Datoulam vel Solanum somniferum pro Nuce Metel Arabum habet, quod etiam adlegat Christoph. à Costa, quamvis posterior p. 80. Stramonix fructum, nucem Metellam esse adseveret; Cui adstipulatur Prosp. Alpinus p. 130. Interim infelices Daturæ vel Datulæ effectus vid. in Christ. à Costa p. 78. 79. Mihi videtur æquivocatio in Solanò somniferò vel Maniacò. Et quamvis prædicti effectus tam in Belladonna, quam in stramonia reperiantur; fructus tamen echinatus Stramonix magis ad nuces adcedit, quam Melanocerasus Belladonnæ. Nobis de Metella nuce hæc sufficiant! quia tam vomicæ, quam metellæ usus hodiè tantus non est, nisi purgatoriam facultatem æstimare velis; quam tamen etiam in aliis purgantibus invenimus.

## XIX.

Sunt & aliæ Nuces tam in officinis, quam apud Trochistas, notæ, v. g. *Pini sativ.* *Pinastri* (è quibus Efsna Pini D. Michaelis præparatur, nescio autem cur non è Pini domestic. fructu?) *Piceæ*, *Abietis*,



*Abietis, Cedri Libani aut Cedrelates, Laricis, Cupressi, &c.* quæ tamen ratione effectus, nondum satis innotuerunt, ideo circa illarum declarationem prolixior quoque esse nolo, usque dum Experimentiâ duce, nobis aliquid certi de illis constabit.

## XIX.

Siliqua ) Arbor Ægyptiis dicitur, Carub & Carnub, Gr. *κερατόνια* & *ξύλοκαράντα*, Sancti Johannis - Brot. Habent aliàs pro cibo hominum vilissimorum, ceu patet ex exemplo filii deperditi, Luc. 15. Arborem depictam vide in Prosp. Alpino p. 80. Plantarum Ægyptiacarum. Nobis nihil est in usu hîc Locorum, quàm in quibusdam officinis Syrupus de siliquis, commendatus in ardore ventriculi vel Soda. De cuius tamen effectu dubitarem, ob dulcedinem, quia omnia dulcia Sodam facîle producunt. Ast forsân subest experientia, quæ mihi non est cognita.

## XX.

Baccæ Alkekengi nobiles sunt in Gonorrhæa Gall. compescenda, si ex iisdem tinctura confiat. Indicum Halicacabum adducit nomine Camaru Gvielh. Piso l. IV. H. N. & M. p. 222. 223. qui non minoris in prædicto adfectu videtur esse efficaciam, insimulque maximum anodynum, testante Bontio, H. N. & M. l. VI. c. 53. p. 149. 150.

## XXI.

Bon grana sunt arboris, ejusdem nominis, quæ



non multum dissimilis Evonymo, quam vide in Prosp. Alp. p. 61. 95. Ex his omnes tum Ægyptii, tum Arabes parant Decoctum vulgarissimum, quod aut medice (sunt verba Willisii c. 5. D. Perroigil) aut ociose bibunt: venditurque in omnibus tabernis meritoriis, & vocant Caova, Cava, Coffè: Vid. Vesling. Obs. in Prosp. Alp. pag. 21. Utuntur autem hoc ad corroborandum ventriculum, ad juvandam coctionem, & non minus ad auferendas viscerum obstructions, it. contra tumores Hepatis & lienes frigidos, Menses obstructos. Hinc Arabes & Ægyptiæ mulieres semper, dum fluunt menses, hujus decocti ferventis multum sorbillantes, eorundem fluxum adjuvant; uterum enim prædictorum granorum Bon decoctum mirè roborat. Potissimum vero peculiarem obtinet virtutem *Antihypnoticam*: Somnolentia enim protinus abactâ, vigiliam insolitam, ac facultatis animalis Exercitium tam indefessum producit, ut à Liquore isto debita quantitate epoto, qui sera nocte aut statim à cōpotatione, aut pastu uberiori, studiis incumbere necesse habent, usq; pervigiles facti, ardua quævis animi Pensa sine torpore perficiant. Quam ob causam Willisius in Comate p. 315. ac Paralyfi ægris præscribit. p. 400. Modum operandi habet Willis. in Pharm. Rat. p. 228. 229. vid. Levini Werneri Consulis Belgici apud Constantinopolitanos Tract. de Potu coffe.



## XXII.

Chermes ) Coccus hæc est Baphica vel tinctoria. Frutex vel arbor est species Ilicis, quæ ob id coccifera, Cocci glandifera vocatur, è quâ fit etiam Chermesinum, vel color coccineus aut, Scarlatinus. Si ad nimiam maturitatem perveniunt, vermiculis multis hæc baccæ scatent, & avolant, nisi diligentiam custodum concussi evitentur. Hoc ut præcaveant infectores, baccas non premunt, sed aceto vel vinò albo irrorant: Eichstadius de Conf. Alkermes p. 16. 17. Crescunt copiosè in Gallia circa montem Pessulanum atque Rupellas, è quibus etiam succus ad nos defertur. Facultates harum sunt cordiales, dum Cor & Spiritus vitales refocillare dicuntur, adeoque sanguinem ipsum propter signaturam purpuream exaltant. Præter tincturam & Essentiam, ut & Magisterium ex baccis, est maximè nota, famosissima illa confectio Alkermes officinarum, à Mesue, uti volunt, excogitata, & à Doctoribus Monopeliensibus correctæ: Vid. Laur. Catelanus, Joh. Steph. Strobelbergerus, & Laur. Eichstadius, qui omnia Ingredientia examinavit c. Zvvölfero in Disp. August. Paratur cum, vel sine Moscho & Ambra, & posterior potissimum pro fœminis hysteris. Hoffmanno atque aliis hæc confectio maximè suspecta est, propter ingredientem lapidem Lazuli. Hic enim quia non tantum vim purgandi, sed etiam (ut fatentur omnes) erodentem obtinet, vix tutò intra,



corpus adsumitur. Verùm huic objectioni facile possumus ire obviam, si (1.) consideremus ejus præparationem. Positò enim quòd purget; quis non videt, adfida præparatione atque attritione omnem, potissimamque virtutem purgandi abire in auras? (2.) quantitatem hujus lapidis, quæ est ʒj. in proportione ad hanc confectio- nis prædictæ. Jam si quis instituat computationem, huic sesquilibræ confectio- nis de hac ʒj. lapidis Lazuli vix 20. pars adcedet: nam, ʒxvi. vix respondent g. xx. Melius tamen est, si lapis iste Lazuli ab hac Confessione prorsus pro- scribatur. Eichstadius l. c. p. 106.

## XXIII.

Lauri Baccæ præter vim alexipharmacam etiam obtinent vim, menses movendi, & flatus discutiendi, cui negotio omnia ferè præparata, v. g. Spiritus, Essentia, Ol.  $\mathcal{M}$ . Electuarium & Emplastrum, inserviunt. Nota vero quando volumus internè uti Electuariò de bacc. laur. quòd priùs debeant excorticari, ne damnum inferant gulæ, quoniam caliditate suâ fermè ad causticam accedunt, ut rectè hoc monet Hoffm. l. 2. p. 353.

## XXIII.

Spinæ Cervi baccæ vel rhamni cathartici, aliàs spinæ infectoriæ, præbent succum, è quò fit Syrupus, quem aliàs vocamus domesticum, ob familiarem usum; purgat enim. Hinc ad ejus usum plebeji frequenter confugiunt. Pariter, ex baccis maturis fit color ille viridis, quem di-  
cunt



cunt *Saftgrün* / quò utuntur pro tincturâ magisterii Cochleariæ, si magisterii nomine dignum est.

## XXV.

Herbæ Paridis uva, vocatur alias uva inversa, vulpina: & habet egregium usum in morbis malignis, ipsisqve venenis, adeò, ut resistat quoque arsenico adsumto. Hinc non immeritò auditur aconitum salutiferum. Pariter etiam externè in bubonibus pestilentialibus, ut & in Paronychia curanda utiliter adhibetur. Ingrediuntur hæc bacca (1.) Tincturam Bezoard. Lipsiensium, (2.) pulverem vel antidotum Saxoniam, quem vid. in Disp. August. p. 290. quod posterius valdè improbatum Hoffmanno l. 2. p. 507. ubi nucem vomicam excludens, hæc subjungit: Idem dico de Antidoto Saxonica, quæ habet herbam (rectius baccas) Paridis. Ast non est par ratio; nam licet nux vomica suspecta sit ratione virtutis alexipharmacæ, non tamen etiam statim Bacca Paridis.

## CAPUT VIII.

## DE AROMATIS.

## I.

**D**E nomine non valdè sollicitus ero. Etenim tam Græcis, quàm Latinis, denotat Aromam suaviter & fragranter olentem, & Græcis *ἀρώ*, & *ἄρ*, quod est vocabulum intensivum i. e. valdè,



valdè, & ὄζω, vel ὄδμης, odore, deducitur: Germ. Specereyen / Gewürze / utrumque illis pro fragrante sumitur materiâ.

## II.

Circa usum Aromatum semel pro semper, & fundamenti locô, observari velim Aphorismum 28. ( Hipp. ) S. V. hic enim in Praxi magni est momenti, & à variis erroribus medicum retrahit. Habet autem se ita; Aromatum suffitus (*πυρίν* denotat odorem) muliebria educit, idèoque ad alia non rarò valeret, nisi gravitatem capitis inferret. Ubi venerandus Senex vocabulô suffitûs generaliter utitur pro qualibet rei odoriferæ perceptione, seu odorando, seu fumigando, vel medicamentis aut alimentis aromata adfumantur. Confer locum parallelum in L. de alimentis T. XI. p. m. 598.

## III.

Caveat itaque sibi Practicus, ne usu Aromatum intempestivo, vel etiam ex ignorantia, sexui præsertim seqviori, damnum accersat. Nam quia (1.) Aromata sunt λεπτομερῆ i. e. tenuium partium: (2.) insignem habent fragrantiam: (3.) pleraque eorum sunt ἀποφλεγματιζόντα, non possunt non (4.) participare de calore, non, ac si calor esset causa primaria odorum, sed quia se invicem sic in rerum natura inseqvuntur. Hisce positis, quis vellet mulieri gravidæ copiosè aromata præbere? vel si non copiosè, tamen improvidè permittere? Muliebria namque educunt,  
i. e.



i. e. provocant Menstrua. Omnia vero isthæc simul etiam possunt pellere foetum. Idem iudicium est de Lochiis quæque tamen si suppressa fuerint, interdum aromatum usu promoveri possunt, modò (1.) patiens non sit hysterica ex vulgari opinione (2.) aut peculiari Antipathia in genere odoramenta aversetur, veluti constat, plurimas odorem vel rosarum, vel florum Cheiri perferre non posse. Sic sterilitatem in adsvetis tollimus odoriferis, ut & dolorem post partum (quis negaret, Aromata insimul quoque esse anodyna?) cui negotio inservit Liqidambra, Balsamus Peruv. sed absit antipathia!

## IV.

Alterum incommodorum, Aphorismò allegato, notatum, est subsequens, sc. *καρνηβαρεια* i. e. capitis gravitas, wenn einem der Kopf eingenommen wird. Quod symptoma tam foeminis, quam viris ob nimium vel frequentem odoriferorum usum solet esse commune. Licet enim odorata moderate sumta, spiritus recreent, alacres reddant; tamen immoderatio eorum usus *ναρξίοςες* aliquali eos adficit. Vid. Sennert. Paralip. 1. ad L. Prax. p. 205. Exempla sunt in vinò, Spiritu vini, croco, qui non rarò mortem attulit. Et hinc est, quod Galenus l. V. Simplic. C. XIX. dixit: Styrax quantitate venenum est, i. e. nocivum quid est. Has cautelas reverà Practicas qui memoriæ inculcabit, feliciores utiqve in Braxi progressus experietur, pro fundamento habens



bens Aphor. 51. S. 2. Πάντὸ πολὺ τῆ Φύσει πολέ-  
μον. Mediocritas vero extra noxam est, docen-  
te Coo I. de Humid. Usu, p. m. 602. Et hūc colli-  
mant etiam illa, quæ de Cardinalium aroma-  
tum (videl. Piperis, Cinamomi, Caryophyll.  
& N. M.) abusu habet Gvilh. Pifo in Mantifs. A-  
romat. p. 184. 145.

## V.

Cæterum, si abusus, vel incautam administra-  
tionem exceperis, sunt ipsa aromata, genuina  
confortantia, quæ omnibus in officina sic dictis  
Corroborantibus ego præferrem. Etenim Aro-  
mata (1.) Naturæ sunt pergrata: (2.) fragranti-  
am habent eximiam, (3.) ob quam citò pene-  
trant, etiam ab extra modò adplicata. Vid. E-  
phem. Erud. T. 3. p. 182. 183. (4.) Spiritus subitò  
reficiunt. De Aromat. vid. Helm. p. m. 372. b  
quæ requisita (5.) Hippocrates ipse L. de Alimen-  
tis T. XI. præsupponit. Jam (6.) argumentor  
sic:

Quæcunque medicamenta Naturæ sunt ami-  
ca, fragrantia, cito penetrant, spiritus fa-  
cilè subitòque refocillant, illa sunt vera  
Confortantia methodi medendi. Subsu-  
mo; Aromata sunt talia. E.

Major est Hippocratis, & est definitio Aromatis,  
petita è Gvilh. Pifone in Mantifs. arom.  
p. 168. Aroma rectè definitur, quod sit vege-  
tabile (non tantum vegetabile, sed etiam  
animale, ut moschus, & Metallicum, si ha-  
beri



AD MATERIAM MEDICAM. 93

beri potest ex Chymia ) quod odore & gustu suave est.

Minor probatur Inductione , præscindendo semper *ιδιοσυγκασίαν*, & cavendo excessum. Ast NB. (7.) quod Aromatum numerus sit hæc ratione ampliandus. Non enim Aromata tantum in Catalogo exscripta, sed omnia fragrantia, atque virtutem aromaticam habentia, huc referri debent, in quocunque etiam capite Catalogi recensentur, vel reponantur, v. g. Balsama, Olea, & liqvores, flores, Herbae nobiliores, ut Origani, Polium, Marum &c. Cur enim id, (8.) quod habet virtutem aromaticam non possit referri inter Aromata? Exemplo Croci, vel fl. Cheiri. Ast (9.) quid de pulveribus, scæculis, Bezoardicis & li, Oti, Magisteriis præparatis, & in odoris medicinarum Formulæ (quas Pharmacopolia copiosè ostendunt) fiet? Perdent nomen confortantis, quia verè non confortant, sed magis obruunt naturam. Favet opinioni meæ (10.) Helmontius, qui p. 477. in Tr. de Buttleri lapide expressè adserit, medicamenti confortantis virtutem consistere in odore. Quod ipsum testantur etiam (11.) species aromaticæ veterum, quas pro confortantibus admitto, nisi multitudine Ingredientium simplicium virtutes inter se invicem destruantur. Accedit (12.) Autoritas D. Sennerti, qui in 15. Paralip. ad Instit. p. 77. & seqq. de Confortantibus nihil admittit pro aromate, quàm Odoramenta, sive alimenta, sive medi-



medicamenta fuerint. Prius exstat in XI. Aph. S. 2. ubi Sennertus ipse per τὸ ποτὸν vinum ( *omnium confortativorum maximum* ) intelligendum probat, quando θώρηξις vocatur S. 2. Aph. 21. Quemadmodum enim Lorica contra vulnera, sic vinum contra venena statuitur prodesse atque homines præservare. Posterius habetur in L. de Alim. T. XI. his verbis: ὀκόσοι ταχείης ποσίδεσι δέοντε, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος κρείτισον. Ὀκόσοι δὲ ἐπι ταχυτέρης, δι' ὅσφρησι; quod erat probandum, videlicet. Aromata esse confortantium maxima. Nunc examinabimus in specie

## VI.

Aroma Indicum ) Pancirollus hoc explicare intendit: ast infeliciter. Nihil enim de hoc novit, quàm quòd fuerit spuma odoratissima, ex Indiæ cannis promanans; tacuisset feliciter.

## VII.

Amomum ) Magna apud recentiores est litigatio, quid sit Amomum? Ipse Garzias ab Horto, qui invisit Indias, nihil, nisi conjecturam profert, dicendò, quòd sit species Geranii, à pede columbinò sic dicti, & ducit hoc ex Arabibus Medicis, qui omnia ferè morborum, & plantarum nomina, vel de verbò ad verbum reddiderunt, vel ab ipsa rei naturâ nomen mutuati sunt; adeoque sic Avicenna Amomum interpretatus est pedem columbinum. Fructus ipse vel baccae, quæ dicuntur Amomum, tale quid non præsen-



præsentant, nisi hoc velis concedere de Herbâ, quam Garzias descripsit p. 124. sed ipse non vidit. Indicum Amomum ex descriptione Nicol. Maronei recenset Worm. p. 181. seqq. Ast Piso in H. N. & M. l. 4. p. 177. & 178. Amomum majus & minus, sub Indico nomine Camara eleganter describit, Myrtiçve Americanæ fructum esse probat l. c. Quod in Officinis nostris venditur, satis est Aromaticum; an autem verum sit, & quod Antiquis cognitum fuit, meritò ambigitur. Nobilissimam ingreditur Compositionem Theriacæ & Mithridatii; de cujus succedaneo quæerunt hinc inde Autores. Cordus in confectioe aureæ Alexandrinæ hæc ponit in Notis: Amomum verum est Rosa Hierichuntis odorata, sed eâ Pharmacopolæ hæcenus caruerunt. Ast p. 160. in Confectione Theriacæ oblitus sui, hæc subjungit: Amomô verò nos caremus &c. Vide quàm inconstans sit de Amomo Autorum sententia! Quòd rosa Hierichuntica non sit, ejus succedaneum vid. in Matthiol. ad l. 1. Diosc. p. m. 52. Est enim Thlaspi, non verò Rosa, si in seminis acrimonia succedanei naturam quæerere velis, mihi erit perinde. Amomo vero non respondebit hæc rosæ Hierichunticæ acrimonia. Rectius in re tam obscura & ambiguâ grana Juniperi vel Calamus aromaticus, aut semen citri substituuntur. Vid. Hoffm. l. 2. c. 11.

## VIII.

*Anisum Siberia, vel, uti Clusius. l. 6. Exot. cap. 25.*

G

p. 202.



p. 202. nominat, *Anisum Insularum Philippinarum*, aut juxta *Fr Redi*, *Fœniculum Sinense*, huc meritò referendum, propter insignem ejusdem, ac peculiarem fragrantiam, dum fœniculi pariter, ac Anisi quandam mixturam refert: Germ. Sternanis / quoniam habet umbellam instar stellæ octo Radiorum, qualem possideo ex Liberalitate Nobiliss. Domini ab Adlershelm. Admiscent Moscovitæ hoc semen Mulsæ, vel etiam, uti retulit mihi Dn. Laurentius Renhuber, potui ex herba Thee confectio. Denique copiosum atque fragrans oleum in India elicitur, quo tamen ob defectum hujus Plantæ, hic caremus. Vid. *Fr. Redi Experim. natur. p. m. 172. 173.*

## IX.

Antophyllis, Caryophyllis, adjungo Caryophyllum spicatum. Sermo nobis est de Caryophyllis aromaticis, von den Krahmer- und Würk-Melcken / non verò de Hortensibus, quos peculiari nomine aliàs vocant, Flores Tunicæ: de quibus aliò locò. Vid. Hoffm. 1. 2. de Offic. Med. & in Cap. de Caryophyllis. Etymologiam Caryophyllorum si attendas, denotat Caryophylli vocabulum Nucifolium, quæ tamen originatio non videtur conveniens iis, qui arborem ipsam viderunt. Siquidem Garzias vocat Lauriformem; ast Neuhoffius pyrum (Etrn. Baum) æquare illam dicit p. m. 357. l. c. Fructus ipse Clavus à Lusitanis vocatur, quia clavum figurâ suâ repræsentat. Proveniunt ferè tantùm in Insulis Moluccis; Hinc Batavi lucrum ingens ipsis Ca-

ryo-



ryophyllis apud exteros sibi comparant. In-  
 serviunt enim ipsis locò monopolii, adeò, ut rex  
 Angliæ, qui maris dicitur Dominus, fructum  
 huncce ab Hollandis emere cogatur. Utrum  
 Antophylli vel Caryophylli differant inter sese  
 realiter? non immeritò quæritur? Antophyllos  
 Avicenna l. 2. c. 318. marem vocat, ob majorem  
 crassitiem, quam præ se ferunt in respectu ad re-  
 liquos: Caryophyllos autem vocat scæminas,  
 sed falsò, & ex malâ persuasione; siquidem scien-  
 dum, quòd incolæ arbores istas flagellent, eum  
 in finem, ut superiorum ramorum fructus deci-  
 dant, qui semper minores sunt illis, qui in arbo-  
 re relinqvuntur, & ad majorem maturitatem  
 perveniunt, & dein majores, seu Antophylli di-  
 cuntur, uti testatur Neuhoffius p. m. 358. Die je-  
 nigen/ so alsdenn auf den Bäumen sitzen bleiben/fal-  
 len im folgenden Jahre selbst ab/ da sie zwar nicht  
 so scharff am Geschmack/ als die Abgeschlagenen/  
 doch grösser und dicker sich befinden/ auch dannenhe-  
 ro theuerer geschätzet und zusammen gebrauchet wer-  
 den/ um welcher Ursach willen die Indianer sie der  
 Früchte Mutter zu nennen pflegen: quod etiam  
 nobis est in usu, quando vocamus eos Mutter-  
 Melcken. Et hinc præviâ *αρωγια* intelligis Hoff-  
 mannum, quando l. 2. c. 53. p. 186. scribit, quòd  
 Antophylli contineant semen in sese. Cortex  
 enim exterior nucleum complectitur, uti ex in-  
 cisione patebit cuilibet, qui in minoribus ex ar-  
 bore detrufis & percussis non invenitur, insident



ut plurimum pediculis quibusdam, qui peculiariter Fusti vel Fustigi ab aromatariis Lusitanicis appellantur. Notabile est, quod recenset Neuhoff p. 355. de Caryophyllis. Indi quando hos vendunt, tunc in ædibus suis collocant vas ingentis mensuræ aquâ repletum, quæ brevi temporis spatio ab ipsis Caryophyllis attrahitur, & sic mirum quantum eorum pondus adauget. Mirabile quoque est, quod de Oleo Caryophyllorum observatum fuit. Hoc enim aquæ supernat nunquam, ut alia, sed fundum petit. Superest adhuc Caryophyllus spicatus vel regius, quem vidi apud Pharmacopolam Amstelodamens. ita dictus, quia summitates ejus coronam referunt. Arbores reliquæ versus hanc se curvare dicuntur; quod an verum? ambigo. Vid. plura de eo apud *Worm. p. 203. & Guilb. Pis. in Mantiss. arom. p. 179. 180.* Usus eorum & medicamenta usualia quod attinet, constat jam ex proœmio hujus Cap. ubi de Aromatis in genere locutus sum: itaque ad speciem facile possunt transferri. De Antophyllis adhuc restat, quod quibusdam in passione hystericâ sint familiares. Verum quousque Practicus hoc in passu progredi debeat, ex cautelis suprâ scriptis patet.

## X.

Calamum aromaticum) uti suprâ de Amomo, itâ hîc etiam disceptatur valdoperè. Brevibus: Calamus aromaticus officinarum est Acorus: Calamus verò Indicus juxta aromatarios plan-



planta longè diversa ab acoro. Hic enim à Bauhinô ad iridum species: ille vero à Bontio p. 34. ad gladiolos refertur; quæ tamen distinctio in fundamentô est eadem, ergò nulla, quia non fit inter partes oppositas. Nam nonne gladioli sunt species iridum? Quòd calamus aromaticus non sit Galanga, vid. apud Garz. c. 32. p. 127. Si consulere velis Joh. Veslingii observationes in L. Prosp. Alpin. de Plant. Ægypt. tunc p. 64. aliam effigiem calami aromatici invenies, quæ per omnia *Lysimachia lutea* erit similis. An hic genuinus? hæreo. Differentias calami aromatici ab acorô, demonstrat etiam Garz. p. 127. c. 32. ex operationibus & temperamento: Worm. p. 144. In re dubiâ quid obstat, quin pro calamo Indicô utamur nostrate, sc. acorô seu calamo?

## XI.

Cardamomum.) Vid. Lobel. p. m. 445. Hoffm. l. 2. c. 49. inchoans, statim Galenum reprehendit, qui Cardamomum cum Nasturtio comparat. Hoc enim posterius *καρδαμον* dicitur, ad quoque putavit Galenus, si non eandem, similem tamen cum Nasturtio esse plantam; quod ipsum si ratione virium & acrimoniæ intelligatur, quodammodo verum erit: secùs autem, si species attendatur. Hinc Hoffmannus τὸ *καρδα* & *ἀμωμον* hęc locô potiùs peregrina, quàm Græca censet esse vocabula. Plantam (cujus icon habetur apud Bontium) ipsam non vidit Garzias: hinc frustra operosus est c. 24. & à Bontio passim refuta-



refutatur l. VI. H. N. & M. c. 37. Communiter  
 statuunt 4. Cardamomi species: (1.) Maximum,  
 instar fici, vulgò Malagveta seu Melegveta di-  
 ctum (Garzias autem negat, Melegvetam esse  
 speciem Cardamomi p. 97. quamvis Pisoni pag.  
 225. Melegveta sit piper Indicum) Hæc Melegve-  
 ta, vel maximum Cardamomum, continet fru-  
 ctum, cujus grana dicuntur *Paradies- oder Pa-  
 ris-Rörner*/ quæ pulverisata piper adulterare so-  
 lent: (2.) Longum, ratione capsulæ: (3.) Medi-  
 um, vel ratione pericarpium, Triquetrum, & in of-  
 ficinis pro Amomo venditur: & deniqve (4.)  
 Minimum, quod omnium optimum & fragran-  
 tissimum. Verùm enim verò Bontius antea cita-  
 tus tantum Cardamomum duorum facit gene-  
 rum, scil. vidit majus & minus cardamomum:  
 Majus flore modoqve Hyacinthi crescit in Javâ  
 copiosè. Minus habet caulem, arundinis mo-  
 dô, internodiis à se invicem distinctum. De quò  
 allegatus Autor l. 6. H. N. & M. p. 127. ita scri-  
 ptum reliquit: Habet hoc Aroma calorem blan-  
 dum, & naturæ nostræ amicissimum, nullum  
 empyreuma in visceribus nostris relinqvens. Id-  
 eoqve etiam solum absqve aliò cibò masticari &  
 comedi potest, secus, ac piper, ZZ. Caryophyllis  
 & reliqua calidiora aromata, quæ summo suò  
 calore vix, nisi admixtis aliis eduliis, deglutiri  
 possunt, & nimis largè usurpata, phlogosin in  
 sangvine, & febres sæpè continuas excitant. U-  
 rinam porrò commodè ciet, menstrua foemina-  
 rum



rum blandè movet, anhelitum emendat, obstru-  
ctionibus Hepatis & Lienis, præsertim Mesente-  
rii, ad miraculum usque conducit, in jusculo  
appropriato.

## XII.

Carmo-balsamum) Fructus est quodammodo  
triqueter. Balsami seu Balesan iconem vid. in  
Prosp. Alpin. de Pl. Ægypt. p. 60. & in dialogo  
de bals. p. 48. ut & apud Lobel. in Animadv. Ali-  
us fructus, qui in officinis pro Carmo-balsamo  
venditur, non est Carmo-balsamum, sed potius  
fructus Malabathri. De Balsamo vero genuinò  
vel Opobalsamò, in subsequente capite plura.  
Xylobalsamum vero est nihil aliud, quàm li-  
gnum vel virgæ, aut cortices balsami, de quibus  
in l. c. Vide, si quæ exstant, notabilia in Pancirolli  
& Salmuth. p. 33. a.

## XIII.

Cassia lignea vera, Cinamomum) suprâ in cap.  
de Fructibus Cassia siliquosa fuit considerata, vel  
Cassia Arabum. Hic itaque erit explicanda Cas-  
sia Græcorum, quæ nihil est aliud, quàm Xylo-  
Cassia vel Cinamomum, vulgò, (à figurâ,)  
Canella. Piso in Mantiss. arom. p. 168. Quæ an  
sint Synonyma? controversatur. Nos decidi-  
mus ita: Si Xylo-Cassiam vel ligneam degustes,  
nec odoris fragrantiam, nec tantam acrimoni-  
am deprehendes in eâ, atque in cinamomo: ita  
cortex viscidus etiam quodammodo erit inter  
masticandum, quod non est in Canella vel cina-  
momo.



momo. Quibus perceptis, nonnulli differre putant. Et differunt quidem, sed non realiter, i. e. ac si diversæ arboris essent cortices, sed sub unius ejusdemque arboris specie continentur, quæ in Ceilon maximam partem inculta est: Piso in Mant. arom. p. 166. Oleam repræsentat, perennis, foliis lauri: vulgò vocantur arbores canelliferæ. Hinc falsus est Salmuth in Panciroll. per omnia, quæ habet ex Plinio l. 1. p. 28. Causam diversæ nominationis rejicit Garzias in mercatores p. 59. his verbis: Ementes ergò Ormuz incolæ eam Canellam à Chinesibus, eam Darchini, quod Persis lignum Chinense sonat, appellarunt. Deinde Alexandriam vehentes, ut eam Græcis eò confluentibus cariùs venderent, Cinamomum vocant, quod significat lignum odoratum, quasi amomum ex Chinâ delatum. Deteriori autem Canellæ, quæ scil. ex Malavare & Java delata est, idem nomen, quò in Java appellatur, indiderunt, sc. Cais manis, quod lingua Malaga dulce lignum denotat, (hanc corruptò vocabulò Græci Cassiam dixerunt) duo diversa nomina rei idem imponentes. Quàm adcuratè autem Garzias hæc ex aliorum ratione describat, magis tamen industriè rem ipsam proponit, & in multis eundem refutat Piso p. 168. in Mant. arom. præsertim quando Garzias corticem superiorem tanquam inutilem, rejiciendum recenset: quod forsan ratione crassitie, & propter odoris absentiam contigit. Nam datur crassissimus



mus Cinamomi cortex, Germ. Mutter-Zimmet/ (vid. Lobel. de Xylocassia) qui planè inodorus est, atque insipidus, si subtilem tunicam interiorem lentam in eò excipias. Vid. Piso in Mant. Arom. p. 168. quia multa sunt viridia, quæ demum ficcata, odorem spirant optimum, ut iris florentina: ratione saporis si talis cortex ad nos adfertur, jam videtur destillatione aut ætate corruptus, idem p. 168. Quænam denique causa hujus incertitudinis circa hoc & alia aromata sint, vid. in Pisone p. 166. Worm. p. 167. Cassiæ lignæ ego semper præfero cinamomum morfu electum. Nam Cassia lignea reverà est lignea, i. e. insipida. Usualia sunt (1.) Aqua cinamomi simplex, (2.) cydoniata, (3.) Tinctura. (4.) Elixir: (5.) Magisterium, sed rarò: (6.) Syrupus de Canella: (7.) Ol. distillatum, quod magni æstimare soleo in Gangrænâ, ut & in Sphacelô imminente partium externarum: (8.) Eleofaccharum, &c.

## XIV.

Cassia caryophyllata, (Melcken - Zimmet.) Nobilissimum hoc est aroma, & caryophylli atque cinamomi virtutes in se complectens, est paucis abhinc annis notum ex India Orientali. Desinant nunc Ceylonitæ & Moluccenses gloriari, quod illis solùm cinamomi, his verò Caryophyllorum gloria cœlitus concessa sit: quandoquidem utrumque in unò exhibetur cortice. Odor in hoc est Caryophylli, sapor autem Cassiæ. Habebat



bebatur ante decennium pro China Chinae à quibusdam, sed perperam. Nunc hinc locorum Cassia caryophyllata satis est nobilitata. Vide, quæ de eâ habet porrò Gvilh. Piso in Mant. Arom. c. 7. p. 169. 170. ut & Carol. Chivry, Pharmacopœjus Amstelodam. Usus hujus aromatis cœpit esse succedaneus Caryophylli, sed diplomate regio in favorem Moluccensium fuit prohibita postea.

## XV.

Chinae - Chinae cortex ) Arbor hujus corticis Ganannaperis vel Gananaperide dicitur: Iconem vid. in Barthol. Centur. V. Hist. 20. quæ tamen Icon magis arborẽ Caryophyllorũ refert, quàm arborẽ Chinae Chinae, deinde: ipse Ex. Barth. Cassiam caryophyllatam habet pro China - Chinae, quam tamẽ sententiam facile ex sapore ac odore mutabit nunc, postquam ex *Auroſia* scitur, eas esse diversissimas. Scripserunt de hoc Joh. Jacobus Chiffletius, Rulandus, Sturmus, & Dyonisius Jonquet in Horto suo Parisiensi, ut & Hæferus in Herc. Med. p. m. 277. Est specificum contra Quartanam & tertianam certissimum. Essentiam hujus corticis vide in Rolfinckii Chymia p. 207. sub Titulo Essentiæ corticis Sinensis, vel Paolo de Calenduras: ut & Disputationem meam de Antiquariõ Peruv. 1663. hinc publicè habitam, ubi plura de ejusdem nominibus, origine, qualitatibus, modo operandi, ac utendi, invenies.

## XVI.



## XVI.

Costum odoratum verum seu Arabum, *weißer Zimmet.*) Variis plantis attribuitur vox Costi. Dicitur ita (1.) Ageratum vel Eupatorium Mesue (2.) Christophoriana vocatur Costus niger. Sic etiam (3.) est herba Costæ, hieracii species, *Kostkraut*:cujus Conserva multum in Phthisi valere creditur. Nos agimus hic de radice Indicâ, vel cortice potius Chinensi, quem Garzias ab Horto à tali arbore vel frutice esse contendit p. m. 138. Johan de Laët l. 1. descriptionis Indiæ Orient. c. 17. Niremberg. Hist. Nat. l. 1. c. 48. Species Costi fecerunt in officinis tres, nimirum, dulcem, amarum, & verum seu odoratum: Vid. Lobel. in stirp. advers. p. m. 34. 35. ubi explicat magis & magis Costi naturam. Sed rectè Bonnius in Garz. unam eandemqve monet esse radicem, solùm locò, ætate, aut corruptione differentem p. m. 36. 37. Hoffm. l. 1. p. 243. Notæ ejusdem bonitatis sunt (1.) ut sit albicans: (2.) fragrans: (3.) acris, quæ tamen criteria reliquis & multis aliis aromatis competunt. Ideò fallacia sunt ut plurimum; imò radices, quæ pro costò in officinis, venduntur, nullas penè costi legitimi notas habent: Worm. pag. 176. Quid si Costus Arabum esset canella alba? uti vocatur. Vide hanc prolixè descriptam apud Worm. pag. 176. In dubiis præstat, locò Costi, uti Zedoariâ. Quandoquidem juxta Costæum, quæ in Costò requirimus, omnia in probatissimâ Zedoariâ inveni-



venimus. Sic ipsa Zedoaria substituitur in Theriacæ compositione pro Costo verò. Idem juxta Hoffm. p. 244. faciendum in Diacostu Mesue, vel ingrediens hoc planè omittendum, præfertim, si succedaneum esse velles radicem pyrethri, it. in Elect. Caryocostino, & Pill. Maro-Costin. Mindereri, quæ vide in ejus Aloëdario.

## XVII.

Cortex Winteranus non multum ab similis est Canellæ albæ. Hinc etiam Clus. in descript. peregrin. stirp. f. 37. dicit, illum adcedere ad ligni aromatici corticem *Monardis* c. 76. quamvis locò *cit. Clusius* fragrantiam tantam ligno *Monardis* tribuat, quantum tribuit Cortici Winterano. Historiam ejus *vid. in l.c. Clusii* p. 30. in not. ad *Garz.* Usus ejus insignis est in Stomacace, & primum ego ante decennium detuli mecum ex Angliæ metropoli Londino, ubi copiosè vendebatur, sed carò tunc Temporis preciò. *Cl. Willisius* eundem corticem non solum in scorbuto, sed insuper in Paralyti insigni cum fructu adhibuit *part. 2. d. A. Br. c. 9. p. m. 400.*

## XIX.

Crocum quod spectat, bulbosa est planta, cujus stamina flammea (quæ antheras rosarum referunt) in Calabria, & potissimum Aquilæ, & Abruzzo, cum summâ industriâ colliguntur in usum venalem. Licet autem hîc locorum bulbitales in hortis nostris conspiciantur: Licet etiam stamina odorem & virtutes Croci habeant, copia tamen



tamen ejus hîc deficit. Hinc utimur Aquilano, tanquam optimo, vulgò Crocus de Aquila, germ. *Simmet-Saffran*. Post hunc est Anglicus, Austriacus, & qui Rupellis ex Gallia (von Rochel) ad nos defertur; colorem habet aliqualem Croci, odorem vero non, uti noster Crocus silvestris, qui aliàs Cnicus vel Carthamus audit, cujus floribus sæpè adulteratur genuinus crocus, ut habet Hoffm. l. 2. p. 250. Adulterium veru quod fit radice curcumæ, adhuc tollerabilius est. Etenim Curcuma est species Croci Indici, uti demonstraturus sum circa finem. Bonitates Croci ex Dioscoride vide pluribus examinatas *in Hoffm. l. c. p. 248. 249.* Facultates ejus satis dignè celebrare non valemus. Nam est in eò virtus cordialis, pulmoniacæ, uterina, cephalicæ, ophthalmicæ, anodyna, adeò, ut reverà instar Panaceæ sit, si moderatè usurpatur. Dixi moderatè; aliàs etiam verificatur de croco, quæ suprâ in proœmio hujus Capituli innui, quòd scilicet Narcosis spiritus nostros adficiat, uti exempla prostant *in Amato Lusit. & insuper experientia quotidiana* edocet. Usualia sunt (1.) Tinctura: (2.) Extractum: (3.) Ol. distillatum: (4.) Emplastrum Oxyroc. quod in dolore Ischiatico multum valet. Ingreditur denique Crocus nobiles compositiones, v. g. (5.) Electuarium de Ovo: (6.) Species dia-curcumæ, quas rectiùs dia-crocu vocites: ipsa siquidem radix non ingreditur eas. Solenne vero fuit Arabibus, quidquid flavo colore tingit

in.



instar Croci, vocare nomine Curcumæ: (7.) Elixir Proprietatis Paracelsi, quod admodum propter excellentes virtutes usuale, & dignum sanè laudibus medicamentum est. Si enim ingredientia examinaveris, omnia erunt directa eò, ut resistent putredini. *Vid. Colleg. Pract. Sylvii.* Hinc utiliter adhibetur in *δυσονία*, retentione secundinarum, imò (8.) Pillulæ pestilenciales Ruffi nihil sunt aliud, quàm Elixier proprietatis, in formâ ficcâ. Hoffmanno hæc compositio propter Crocum suspecta quidem est; nec immeritò. Ast qui dosin & morbos observaverit, illi nobilitatæ virtutis existet medicamentum.

## XIX.

*Curcumæ* radicem, ratione Coloris, quoque referimus huc. Suprà in Cap. de rad. dictum, quod *Hoffm. l. 2. c. 80.* locaverit eam inter species Cypri Indici. Hinc in cap. de Croco §. 76. f. 250. mitiùs de eâ videtur sentire, dum ita scribit: Rhopopolæ adulterant Crocum Indicò Crocò, qui est radici Curcumæ non dissimilis. Nam Curcumæ radix est reverà Crocus Indicus, uti demonstrat hoc *Garz. c. 39. p. 152.* & præter eum *Bontius p. 38. 39.* his verbis: *Miror ego, Garziam ab Hortò hanc nobilissimam plantam tam leviter transisse, cum apud omnes Indos nulla planta sit in frequentiori usu, quàm Curcuma.* Nomen Croci sortita est, non quod ullam similitudinem habeat cum Crocò Anglicò, qui optimus jam est in toto terrarum orbe, vel, uti *p. 90. ait:* ac si Croci

Bri-



Britannici filamentis esset similis ; sed quod radix ejus, non secus, ac Crocus verus, colore flavo tingat ; unde Lusitanis *Saffran di tierra* vocatur, q. d. *Crocum subterrestrem*. Radix ejus, quam *Garzias* non vidit, tutò intra corpus adsumitur. Hinc pergit porrò in laudes *Curcumæ* *Bontius l. 6. p. 117. Nullum frequentius condimentum in piscibus coctis & carnibus elixatis apud Indos, quàm radix Curcumæ.* Prætereà nobilissimus ejus usus est in medicamentis, tam Topicis, quàm internis omnibus obstructionibus viscerum (NB. proptereà etiam apud nos adhibetur in ictero, non propter colorem flavum, vel ob bilis signaturam, uti rectè hoc rejicit *Hoffm. c. 80.* sed magis ob virtutem, quâ gaudet, aperitivam) ac Mesenterii, tum in mulierum morbis, nullum æquè celebrant Malaicæ Mulieres, quàm hoc *Borbory*, vel radicem *Curcumæ* : tam divinis laudibus efferunt in partu facilitando, quàm difficultatibus, & renum passionibus, ut nihil supra ; Tum utero est specificum remedium. Et certè, ut verum fatear, nihil æquè in his adfectibus præstantius in quotidiano usu reperi, quàm præstantissimum hoc inter omnia medicamenta. Hactenus *Bontius*. En ! quomodò *Curcumæ* radix cum viribus *Croci* in omnibus conveniat ? Quis itaque nollet in defectu vel caritate *Croci*, uti radice *Curcumæ*, modò intaminata ad nos feratur ? Vides itaque, quod æquè medicis usibus inserviat, quàm tinctoriis, uti malè hactenus sensit



sensit Hoffm. l. c. & Garz. p. 153. Bontius adhibet radicem sternutatoriis, ut pulverem rad. *Elleb.* p. 117. 118. cur vocetur denique *Zingber* - *Wurz*/ vid. Hoffm. l. c. & Garz. p. 153.

## XX.

Cubebas quidam pro *Carpesio*, nonnulli pro femine viticis habent: ast hos omnes *αυτοψία* refutat facilè: Vid. Garz. ab Hort. c. 23. Lobelius Piperi nigro congeneres has bacculas esse docet p. m. 427. Quæ sententia etiam tanquam probabilior, ab aliis fovetur. Adhibentur potissimum Apophlegmatismis & sternutatoriis, & rem etiam nimium in modum excitant. Hinc *λασαυγία* quidam sibi habent persuasum, fore jucundior rem hunc actum, si contineant in ore granum unum Cubebarum. Plura vid. apud Autores cit.

## XXI.

*Folium Barbaricum* & *Indum*) Prioris facit mentionem *Pancirollus* l. 1. T. X. p. 29. his verbis: *Folium Barbaricum* erat odoramentum quoddam, ex radice odoratissimâ, quam *Bachar* dicebant, itemq; ex *Nardo*, *Myrrha*, *Balsamo* & *Costo* confectum: Licet non desint, qui foliorum nomine intelligunt unguentum ex foliis præparatum, uti legimus hinc inde: *Mæchis foliata* parantur, apud Poëtas; & in specie Martialem:

*Armea me libram Foliati poscit amica.*

Ufus hujus folii barbarici exspiravit: *Indum* vero vel folium *καλ' ἐξοχήν* sic dictum, adhuc est in usu, *Tamalapatra*, & corruptè *Malabattrum* hodiè adpel-



AD MATERIAM MEDICAM. III

adpellatum. De hoc fabulati sunt veteres, ac si absque radicis adminiculô aqvis innataret, lentis palustris in modum, uti videre est ex *Plinio*, & *Dioscoride*. Verùm exemplum, quod de lente palustri adducunt, æqvè falsum est; quandoquidem & hæc radice gaudet suâ. Ergò etiam de foliô Indicô falsum erit, prout quoque *αυτοψία* hoc facillè suppeditat, imò qui potamogeyton substituunt, fatentur, non posse fieri absque petiolo, licet aqvis innatet Potamogeyton. Vid. *Lobel. p. 129. Worm. p. 162.* Fructum hujus arboris, cujus folium est, vendunt in officinis pro Carpo-balsamo, sed falsò. Hoc enim Carpo-balsamum est fructus quodammodo triqveter, vid. *Garz. p. 76.* Malabatri autem fructus glandem parvam repræsentat. De *ἀντιβαλλομένω* vid. *Garz. p. m. 78.* rarò usurpatur, nisi in compositionibus magnis.

XXII.

*Galangam* congenerem facit *Piso Zingiberi* in *Mant. arom. p. 189. 190.* & duplex statuitur ab Aromatariis, major & minor; quæ posterior magis odorata, & viribus præstantior censetur. Cæterum quòd non sit *Schenanthi radix*, refutat *Garz. p. 155. c. 40.* Ingreditur varias compositiones; aliàs nihil, vel parum, de eâ usuale. Conditamentum ciborum quod præstet, nulli non est notum. Et quid hæreo in Elogiis præstantissimæ radicis, cujus usus jam pridem toti mundo innouit? Vid. *Piso in Mant. arom. p. 191.*

H

XXIII.



*Macis*, nucis moschatae involucrum est: ideo in unô ꝑ. contineri queunt. Nux ipsa moschata dicitur, ob aliqualem moschi odorem: sic etiam *myristica*, quia miscetur unguentis, & tandem *Aromatica à Pisone in Mant. arom. p. 173.* Nascitur copiosè in Bandensibus Insulis Indiae, arborque ipsa pyrum referre creditur vid. *Neuboff. & Garz. ab Horto.* Constat triplici cortice, quorum extremus & primus est crassus, & viridis, medius vocatur à mercatoribus *Foli*; Latini cum Arabibus *Macis*, Germ. *Muscaten, Blüthen, oder Blumen.* Tertius, qui immediatè nucem ambit, ligneus est, & respectivè ignobilis. Quomodo *Macis* & *Macer* differant, vid. *in Pis. Mant. arom. pag. 175.* *Macer* est cortex radicis arboris in Malaber nascentis & virtutis adstrictoriae: *Vid. Christ. à Costap. 250.* *Macis* autem est nobilissimus cortex ipsius nucis, & earundem cum nuce virium. Nux ipsa distingvitur in *Marem & Fœminam.* Illam, *Palametsiri* dictam, extollunt Indi, hanc nostrates; Ast videntur plebeji Germani errare, dum quod Indi *marem*, ipsi *fœminam*, *Mutter, Muscaten* / nominant. Sit ut sit; utrobique subest superstitio: nullum enim subest fundamentum. Putant enim nucem oblongam in cibis viris datam, potenter eos ciere in ♀, & facere solito strenuiores. Præter hæc demonstrat *Piso*, virtutem aromaticam *macis*, in nuce mare longè inferiori esse *p. 176.* Ergò si *macis* bonitatem attendere



re velis, potiùs Pala, h. e. nux aromatica p. 173. descripta, usurpanda, absqve differentiâ sexus. Vires ex odore & aliis qvalitatibus abundè percipi possunt: videl. qvia calida & aromatica est, cor, caput, stomachum, & uterum, in adfectibus convenientibus, nux & macis moderatè usurpata, juvabunt. Nota verò quòd etiam, ut aromata reliqva, virtutem suam habeat narcoticam, diducente hoc *Pisone in Epilogò de Aromaticum cardinalium abusu p. 185.* Sic recenset *Lobelius* de nobili qvadam fœmina, quæ, cùm ob picam 10 - 12. nuces moschatas comedisset, tandem ebria facta deliravit. Idem observavit de *Mace Hoffm. p. 503.* Novi matrem, inquit, quæ cùm filie plusculum de mace dedisset, ad movendos Menses, animadvertit in illâ delirium aliquot horarum. Monet hoc etiam *Bontius p. 26. 28.* his verbis: *Ceterum de cortice hujus nucis, ac de Nuce ipsâ, dico, quòd parcius sit adhibenda, quoniam oleosi ac pingves vapores ex ejo usu in cerebrum elati, obstructionem ventriculis cerebri asserunt, ac inde somnolentiam, imò stuporem quendam universis subjectis membris inferunt. Et quod majus est; ex nimio hujus nucis usu aliquot periclitari vidi, qui amplius, quàm per diem naturalem sine sensu ac motu jacuerunt, tanquam Carò correpti.* Usualia sunt (i.) Extractum nucis moschatae, cujus residuum album corpus aliquoties (sed frustra) abluitur. Communiter reservatur pro corpore ad balsama, cui negotio infervit etiam Ol. nucistæ expressum: Quod e-



nim meliorem effectum edat, quàm cera, nemo dubitabit: (2.) Ol. Nucis & Mac.  $\delta\lambda$ . è quibus varia possunt fieri Elæosacchara, v.g. in torminibus ventris, Colicâ &c. Prostat quidem in officinis Moschelæum oleum dictum, quod quidam ab ingrediente moschô ita dictum volunt; sed nihil obstat, quin etiam dicatur sic à nuce moschata, quæ in id recipitur.

## XXIV.

*Piperis* tres in communi habentur species, album scil. nigrum, & longum. Sed reverà tantum duæ sunt, sc. longum & nigrum. De priorè nullum est dubium ab ullo autore motum. Quæ ratione verò nigrum & album piper pro unâ specie haberi queant, demonstrat *Gvilb. Pifo in Mant. arom. p. 182. & Charasius in Hist. nat. animalium, plantarum, & mineralium, quæ Theriacæ ingrediuntur compositionem; videl. differentiam coloris, quæ est in pipere albo & nigro, tantum ratione involucris, vel tunicæ intercedere hõc modo: Benè maturò pipere, maceratur; quâ maceratione factâ, cortex niger dehiscit: tunc granum album facilè eximitur. Hoc est totum negotium! Ex Jamaicâ piper nuper ferri cœpit, cujus cortex saporem cinamomi, & odorem caryophyllorum habet; sed ampliùs visum non est. Piperiferæ arbores omnes sunt sarmentosæ, pedicis indigentes quibus vitis more adnituntur, vid. *Pisol. c. Garz. c. 22.* quæ tamen à *Pisone in Mant. arom. c. 8. pag. 182.* corrigitur, quòd*



AD MATERIAM MEDICAM. 115

quod piperis longi arborem statuerit aliam, *Neuboff. de R. Ch. p. m. 371.* Frigidum actu hoc quidem est aroma, sed potentiâ calidissimum, velut experiuntur ii, qui corroborandi vel calefaciendi stomachum gratiâ, pipere utuntur. Hinc ridet *Bontius p. m. 27.* Javanos & Indos, qui piper seriò dixerunt frigidum. Oleo diatrion piperion stillatitiò utuntur nonnulli in febribus, oriundis ab ἀδδν φαια vel cruditatibus ventriculi: Vulgatiora, & quæ restant, vid. hinc inde in Autoribus.

XXV.

*Spicam*, vel *Nardum Indicam* si huc referre libet, licebit etiam *Celticam*, & *spicam domesticam*, atque *lavendulam*, ob aromaticum odorem huc inferere. Nam similium similis est ratio. *Lavendula* & *Spica domestica* vel *Italica* facile possunt inter sese distingvi, & potissimum *Italica*, quæ habet præ *lavendulâ* *Spicas* longiores: ideò etiam ratione effectûs nulla supererit difficultas. *Celticæ* descriptionem vide in *Matthiolo Comment. in L. 1. Diosc. c. 7. p. 27. 28.* De *Indicâ* verò eundem *p. 24. seqq.* Cæterum unicam hujus radicis *Indicæ* esse speciem, operosè probat *Garz. p. 130.* & laudat *Lusitanos*, quod per illos navigationibus plurima aromata, & in longè viliori pretio ad nos nunc advehantur, quàm olim. *Bontius p. 35.* ipsam herbam viridem in India non vidit ob prædones Javanos, & *Tigrides*; Interim attribuit illi vim cordialem, qualis inest floribus



calendulæ, & per infusionem Syrupum parat pro corrigendâ intemperie viscerum frigidâ: adhibet etiam contra morsus, & ictus venenatorum animalium *p. m. 36. 37. 41. 89.* Hinc fabulæ accedit, quod habet *Lacuna in Diosc. l. 1. c. 6.* quasi Nardi Indicæ usus esset in India periculosus, quoniam ex eâ fiat veneni quoddam genus mortiferum, quod non modò haustum, sed etiam cuti in sudoribus inspersum, hominem illicò jugulet, idque *Toxicum Pisum* vocari. Quod intoxicari possit Nardus, nemo negabit: sed quòd ipse venenum sit, refutavit *Garz. Bont. Hoff. De Hirculò veterum, herbâ, quâ Nardus Celtica juxta Diosc. adulteratur, vide in Adnot. Clusii super Garz. p. 131. & Matthiol. in Diosc. l. 2. p. 27.*

## XXVI.

Squinanthum, Schœnanthum, i. e. juncus floridus, odoratus, aromaticus, subsequitur. Nam *ῥοῖν* juncum, *ἀνθ* vero florem denotat. Taxat hic *Bontius Garziam*, quòd hic dixerit, nullum esse junci odorati usum alium, apud Indos, quàm substernendis equorum cubilibus. Adhibetur enim non solùm condimenti, sed etiam medicamenti locò, dum externè lavacris & pediluviiis, internè vero in adfectibus mulierum, referando feliciter obstructions, usurpatur. Si enim, uti rectè argumentatur *Bontius*, graminis nostri radicès aperitivâ virtute gaudent, multò magis gramen hoc aromaticum. Communiter adhibetur à Practicis corrigentis locò  
in



AD MATERIAM MEDICAM. 147

in purgantibus vehementioribus. Reliqua vid.  
in *Matthioli Com. 1. Diosc. c. 16. p. 41.*

XXVII.

Stœchadis Arabicæ flores, nec non flores tū-  
nicæ, propter insignem virtutem aromaticam,  
huc referri debent. Hinc de Stœchade jam suò  
tempore *Dioscorides l. 3. c. 27. pag. 372.* testatur,  
quòd utiliter Antidotis misceatur: habent odo-  
rem Camphoræ, si fricentur, vel rumpantur. De  
Tunicæ floribus vid. *Hoffm. l. 2. de Caryophyllis.*

XXVIII.

*Tlixochitl*, ante aliquot annos huc delatum,  
nomine *Benzænil*, est autem nihil aliud quàm  
Convolvuli indici species: Siliqvas nominat,  
*Redi vainiglias p. 179.* Semen continent minu-  
tissimum, nigerrimum, suavissimi tamen odo-  
ris, qualis vel in Balsamo Peruviano, vel Benzoe  
percipitur. Miscetur celebri Potioni, *Chocola-  
ta. Worm. p. 215.*

XXIX.

*Zedoariam* nemo facilè novit. Sive enim *Mat-  
thiolum* in *2. Diosc. c. 154. p. 317.* evolvas, sive *Garziam*  
*l. 1. de arom. c. 47.* ubique recesseris dubius. *Clu-  
sius* tandem in *Garziam* concludit, esse zerumbet  
radicem, quam vide in *Garz. l. 1. Arom. c. 43. p.  
159.* Radix cæteroquin est alexipharmaca, ejusq;  
extractum valdè familiaris est usûs in doloribus  
Colicis.

XXX.

*Zinziber vel Gingiber* satis accuratè delineat-

H 4

tum



tum in *Pison. p. m. 189. 190.* An iridi aqvaticæ, ut *Garzias* putavit, vel arundinibus sit hæc radix adnumeranda, juxta *Pisonem*, nondum cognitum est: quandoquidem Autores ex Indiis reversi, dubitant adhuc, & incerti sunt; *Piso p. 90.* Quoad qualitates, Piperi ferè respondet. Extolitur illud Zingiber potissimum, quod ex Malavar & Bengalâ ad nos defertur. Est stomachica radix. Hinc in Dysenteria, Lienteriâ atqve Colicâ sæpissimè usurpatur. De cultur. vid. *Newboff. in R. S. p. m. 345.*

## XXXI.

Sunt & alii fructus, & radices exoticæ, quæ ob singularem virtutem possent aromatum Catalogo misceri: quoniam verò nobis adeò exactè nondum sunt notæ, ideò in dubiis expectare malumus aliorum, quàm nostram experientiam. *Vid. Garz. l. 2. de Plant. Hist. Christoph. à Costa, & Monard.*

## XXXII.

*Gvielhelmus Piso in Mant. arom. c. 13. Jambos c. 14. arborem Acajo vulgò, vel Caju c. 15. radicem Ninzin, quæ frem excitare dicitur, c. 16. Polypodium Indicum, atqve in subseqq. Chocolatam Indicam, atqve Nucem Maldivam, describit prolixè, de quibus partim jam dictum est, partim dicitur infra suo Ordine: reliqua verò, utpote c. 13. 14. 15. 16. non attendo, vel quia non sunt Aromata, vel nobis adhuc ignota; Ideò Caput de Aromatis*



*matris* concludo *Capite 9. Pisonis*, ubi ipse Epilogram de Aromatum abusu constituit.

## CAPUT IX.

## DE SUCCIS CONCRETIS, LACRYMIS, GUMMIS ET RESINIS.

## I.

**A** *Loë*) De ligno Aloës, tanquam aromatico, supra c. 3. dictum est sufficienter. Nunc de *Aloë*, quatenus est succus sempervivi marini. Quamvis *Hoffmannus* cum *Baubino* velit semperviva distincta ab *Aloë*. Sed res erit parvi momenti in Botanicis. An *Aloë* nostra sit eadem cum veterum *Aloë*, dubitatur (1.) quia *Dioscoridi* flores Aloës erant albi, nostro tempore sunt lutei. Resp. Colores sunt variabiles, adeo, ut nunc uterque colorum in *Aloë* conspiciatur. Quomodo *Aloë* crescat, vid. in *Obs. Borelli*. (2.) *Aloë* nostra non est amara. Resp. Nec veterum talis fuit, licet in nostrate amaritudo satis sit perspicua: Vid. *Garz. p. 29*. Dantur in Officinis tres non specie distinctæ, sed puritate solum, raroque in loco natali Succo Acaciæ adulteratur, uti probat *Garz. p. m. 9. 10*. (1.) est *Aloë* caballina, Veterinariis tantum usitata: (2.) Epatica, quasi referat parenchyma Epatis, ratione Coloris, & (3.) Soccotrina, non à succo citri, ut malè voluit *Fuchsius*, sed à *Socotra* Insula, è qua fertur ad nos, &



habetur omnium præstantissima. *Vid. Garz. p. 10.* De præparatione vel lotionè Aloës *vid. Sennertus in Paralip. p. 68. Schræderus l. 4. p. 252.* qui dicit, Aloëm constare parte resinosa & aqvea; illa purgationibus est inutilis, hæc autem idonea; ea propter si alvum purgare expetis, neglectâ resinosa, aqveam collige, in aquam solubile, eamque à fecibus sequestratam. *Vid. insuper de differentiâ & aloës natura Piso in N. & M. Hist. L. 4 p. m. 195.* Mirum est insuper, quòd Aloë, intus frequenter sumta, orificia venarum aperiat: extrâ vero adhibita, ut in vulneribus, claudat, sistendô sangvinem. Ratione prioris multa vide exempla in *Sennerti paralip. p. 68. & Inst. Med. quâ ratione Garz. p. 13.* Hæmorrhoidibus non convenire asserit. Ratione posterioris omnes adsentientur *Chirurgi. Vid. Pis. p. 195. l. c.* quæ ratio hujus effectus contrarii? *Garzias c. Jacobo de Partibus p. 14.* respondere nititur sic: Quod ratione externi aut interni usus, effectus contrarii valdè familiares sint medicamentis: sed profectò nihil respondet hòc ipso. Nam petit principium. Forsan hæc est ratio, quòd externè pulvis inspersus non tantoperè actuetur, atque si internè adsumatur, vel, quòd Aloë sangvinem sistat externè, admixtis aliis, vel etiam quòd in externò usu facultas siccatoria prævaleat, juxta *Hoffm. p. 10.* quæ tamen responsio etiam lubrica est. Quis enim qualitatem siccatoriam ab Aloës caliditate segregare potest? Usualia sunt (1.) Extr. Aloës:

(2.)



(2.) MP. de Aloë rosata: (3.) Pilulæ Hieronymi ab Aqvapendente, quæ confiunt ex Aloë rosata: (4.) Francofurtenses, vel Angelicæ quid sunt aliud? quàm Extractum Aloes. Vid. Dispens. Horstii. Insuper ingreditur (5.) omnes Hieras, seu Electuaria purgantia, ob quam istæ Hieræ dicuntur Picræ p. 11. (6.) Elixir propr. Paracelsi: (7.) *An vero sit basis omnium pilularum*, uti veteribus visum, meritò negatur, quandoquidem nunc etiam purgantium Extracta pro basi possunt substitui.

## II.

*Asa dulcis* nominetenus nullibi exstat, nec apud probatum Autorem seu Arabem, seu Græcum, seu Latinum, uti hoc deducit *Garz. ab Horstio p. 76.* Sic is ipse probat, nec *Asam odoratam* fuisse veteribus Gummi Benzoë *pag. 17. 19. 23.* quia Benzoë planè fuit ignotum olim, adeò, ut plurimi styracem pro Benzoë intellexerint, *pag. 24.* quamvis ratio, quam *Garzias p. 19.* habet, ubi tò odoriferum explicat, atque rem nontàm svaviter, quàm graviter olentem, denotare adserit, mihi satis titubare videatur, etiam ex adlegatis exemplis de *Myrrhâ & calamô aromaticô.* Licet enim hæc multorum judiciò, ut ait, graviter olere videantur: non tamen foetent, sed potiùs odorem aliquem spirant, præsertim calamus aromaticus. Sit ut sit; sumitur tamen *Asa dulcis*, *asa odorata*, pro Benzoë in omnibus officinis. Quis enim de nominibus tàm operosus atque soli-

foli-



sollicitus erit? Benzoë quòd succus Lasarpitii  
 non sit, probat *Hoffm l. 2. p. 146.* quòd Imperato-  
 ria vel Angelica non sit, contra *Ruelium* disputat  
*Garz. ab Horto p. 20. 23.* sed est gummi arboris  
 cujusdam, ex plurimis sarmentis coalitæ, qualis  
 est Smilax aspera, vel Sarsaparilla: & tam  
 procera non est, uti describit illam *Garz. pag. 26.*  
 Hinc autopsiæ *Bontii* plus credo, p. II. quàm re-  
 lationi *Garzie*, quæ in excusatione propter Tigri-  
 dum pericula consistit, p. 27. Hæc arbor si vulne-  
 ratur, odoratissimum atque suavissimum gum-  
 mi profluit, *Garz. p. 25. 26.* quod ipsum tamen  
 gummi in diversas classes distribuerunt, & in  
 communi præfertur *amygdaloides*, quòd unguis  
 seu maculas candidas admixtas habeat, amygdala-  
 larum instar. Datur tamen alia Benzoës speci-  
 es, de *Boninas* vocata *Garzio* (p. 25.) quæ amy-  
 gdaloide decuplo carior est: Licet non desint,  
 qui Benzoëm de *Boninas* adferant esse *mixturam*  
*Benzoës cum Styrace liquida: Garz. ab Horto p. 26.*  
 Est autem Benzoë imprimis thoracicum, & de-  
 inceps Cosmeticum. Hinc (1.) Magisterium Ben-  
 zoe: (2.) Flores: (3.) Essentia vel Tinctura: (4.)  
 Ol. quod partim vulnerarium est, atque substitui  
 potest pro *Balsamo Peruviano*, prout etiam ex eò  
 balsamus quidam paratur, atque pro *Peruviano*,  
 quamvis falsò, venditur: partim Cosmeticum,  
 imò si Benzoe solvatur v. g. in Alumine Ovi, aut  
 Sp. vin. abstergit maculas, & stigmata è lue & rea  
 contracta; Vid. *Bartholetti, de respiratione.*



## III.

Quàm suavis odoris, atque fragrantiae fuit Benzoe, tam pessimi foetoris est *Asa foetida*, adeò, ut etiam Germanis ob id audiat Teufels. Dref. Ut ut etiam hunc foetorem velit excusare Garz. p. 19. Planta cujus est gummi, confusè descripta à Garz. c. de Albit. p. 15. seqq. quem Bontius meritò corrigit his verbis: *Est planta duorum generum, quae hunc succum foetidum fundit. Prima sarmentosa est, ferè, ut salix aquatica, ex cujus stolonibus incisis Asa foetida per torcular exprimitur, quae, ut reliqui succi, sole indurata, in consistentiam evadit, qualis est Aloës: vel juxta Garz. p. 18. conservatio- nis gratia in coria bubula, priùs illitâ san- gvine bubulò, cum tritici farina permistò, con- jicitur. Secunda species longè foecundior est, estq; succus expressus ex radicibus hujus plantae, quae cras- sissimos raphanos referunt, folia autem Titbymali habet. Indis Asa foetida est tam familiaris, ut etiam (1.) cibis condiendis apud illos inserviat; quemadmodum scripserunt Bontius p. 8. & Ren- Moreau in Scholam Salernitanam. Nobis ob foe- torem videtur incongruum. Ast quid ipsi ad nos dicerent de foetore Allii, quò vervecum & a- liorum carnes solemus condire? Qui enim non adsveti sunt foetori allii, illis iste odor gravior est, quàm Asae foetidae: (2.) Inservit pro medicamen- to stomachico, Garz. p. 17. Historia de egregiò Deorum cibo, vel Cacodæmonum potiùs nutri- mentò, videatur apud Eundem p. 18. (3.) Pro medi-*



medicamento ꝑreò. *Garz. p. 18.* (4.) Pro Odon-  
 talgico, *id. ib.* Aliàs in Officinis prostant (5.) Pi-  
 lulæ foetidæ, quarum Basis est Afa foetida, & uti-  
 mur iis in hysteriis. (6.) Essentia de Afa foetidâ  
 Germ. der Ståncker / quam in frequenti usu ha-  
 buit Dn. D. Lange / in expellendis variolis & mor-  
 billis. Ast de hujus usu hoc moneo, ne exhibea-  
 tur iis, præsertim infantibus, qui foetorem per-  
 ferre non possunt: aliàs non solùm exasperatur  
 morbus, & sæpè supervenit Epilepsia, verùm e-  
 tiam postmodum ad usurpationem medicamen-  
 torum redduntur intractabiles. Sunt enim no-  
 bis per DEI gratiam alia medicamenta ad ma-  
 nus, pro expulsionem: (7.) Emplastrum anti-Dia-  
 bolicum, famosissimi illius Impostoris, & Archi-  
 Hæretici *Franc. Job. Burrbi*; & (8.) Emplastrum  
 contra veneficia *Myns p. 513.* cujus vires contra  
 veneficia sunt quasi stupenda, adeò, ut dicatur,  
 si Emplastrum tale parti dolenti adplicatur, per-  
 sonis, quæ incantationem causatæ sunt, omnia  
 saporem Afa foetidæ obtinere, quæcunque degu-  
 stant: idem etiam de excrementis humanis, for-  
 mâ Emplastri adhibitis, prædicat Carrichterus.  
 Rationes hujus effectûs stupendi reddere vult  
*Thonnerus in Obs. 1. l. 4. p. m. 224. 225.* quæ an-  
 procedant, vide, sis!

## IV.

Quâ ratione *Opium* ad hoc Caput pertinet, eâ-  
 dem etiam *Balsamum*, quod vel suâ sponte, vel  
 incisione, aut vulnere præviâ, destillat. Ast  
 since-



sincero iudicio *Pancirolli*, *Balsamum nunc celebre magis, quàm notum est l. 1. p. 32.* Quot enim controversiæ existant circa *Balsami* (1.) Natales: (2.) Quid sit; an arbor, vel frutex sit? (3.) partes: (4.) Notas: (5.) Adulterationes: (6.) Ætates: (7.) Facultates vel effectus: (8.) Succedaneum; incredibile fermè est, præsertim, si autoritate veterum, (quibus autopsia non semper in hoc negotio pro fundamento fuit) aliquis occæcatus sit. Nos brevitatis & dilucidationis gratiâ, secuti Autores recentiores, qui autopsiâ hujus cognitionem acquisiverunt sibi, dicimus, præsertim ex *Prosp. Alpino*, in *l. de Pl. Æp.* item in *Dialogo de balsamo*, porrò ex *Bellonio*, *Veslingio*, *Lobelio*, &c. Orientalis balsami (quò usi sunt potissimum in regum inunctione) (1.) Natales fuisse Arabiam, non Judæam, non Ægyptum aut Syriam, & nunc esse, præsertim circa *Mecham* & *Medinam*: (2.) Arborem, vel fruticem crescere ad altitudinem cytisi vel ligustri i. e. *Alcañæ*, (aliis balsamus species *Jasmini*) folia paucissima gerentem, rutæ proxima, ratione coloris viridis, subalbidi, perpetuoque virentia: (3.) partes esse *Opobalsamum* seu succum statum, aut quodammodo concretum: *Carpobalsamum* esse arboris fructum; denique *Xylobalsamum* esse ipsius lignum unâ cum corticibus: (4.) Notas genuini balsami esse, ut lac coagulet, & in veste maculas non faciat, quamvis ubivis varia dubia, fabulæque occurrant: Vid. *Petr. Castell. Worm.* & *Johann. Georg. Volka-*



*Volkameri Opobalsami Examen*: (5.) Vitiatur admistis oleis potius, quàm unguentis: Vid. *Prosp. Alp. p. 33. 34.* (6.) pro diversitate ætatum, & diversam consistentiam atq; odorem nanciscitur, vid. *Alp. qvi 4.* ætates balsamo, non secus atque animalibus, tribuit *p. 22. l. c.* (7.) Facultates innumeræ sunt, & tam in genere, quàm in specie enumeratæ apud *Alp. l. c. L. de Plant. p. 56. seqq.* Notabile vero est, quòd *Lobelius p. 58.* adserat, odore solò balsami enecari Viperas, easqve, quæ in Balsameticis, aut Balsami silvis degunt, esse innocuas. Quod posterius omnibus viperis ad iram non provocatis, etiam convenit: Prius probatione indiget. Si enim in balsameticis viperæ degunt, ut scribit *Lobelius*, ab odore balsami non enecabuntur: Vide connexionem! (8.) Usus potissimus est Opobalsami veri; (si potest haberi) deinde Carpobalsami: ultimò Xylobalsami; quamvis svadeat *Lobelius*, in Theriaces confectione (in quâ maximè expetitur) omnia tria esse conjungenda: (9.) Succedaneum Opobalsami omnium ferè consensu est Therebinthi latex vel stacte, i. e. Myrrha liquida. Cur non *Balsamus Peruvianus*? Carpobalsami autem fructus Malabatri, Xylobalsami autem est Zedoaria. Vid. *Lobel. p. m. 528. 529.* Et hæc de Opobalsamo Orientali: Licet multa sint adhuc incerta, v. g. quòd *Arbor ipsa balsami, ferrum paveat*: *Lobel. pag. 520.* quòd odor balsami sæpè Hæmorrhagiam excitet &c. Quoniam verò Opobalsamum Orientale

tàm



tām rarum est, & rarò ad nos adfertur, officinæ nostræ nihilominus balsamò superbiant, videntum, quale sit? *Schræderus, in Pharmac. 2. species enumerat, balsamum de Tolu & Peru, quod καλ' ἔξοχὴν vocatur Indicum.* Licet enim hoc advehi dicatur ex continenti quadam provinciâ, inter Carthaginem, & nomen DEI sita, non tamen est Carthago in Africa, sed America. Nam nombre de dios, i. e. nomen DEI, in Castilia aureâ Peruvianæ, Carthago verò hæc in novâ Hispaniâ situata est. *Vid. Cluver. Introd. Geogr. l. 6. c. 14. pag. 670. 672.* Ergò inter *Tolutanum & Peruvianum*, ratione originis, nulla est differentia. Dico ratione originis, ut bonitatem excipere valeam. Vide de *Toluetano Monard. p. m. 441.* de Indicò *Worm. p. 225.* Nam *balsamum animé*, quod habet idem *p. 224.* & *Jataiba* Indis dicitur, est potius gummi Anime, de quò in sequente; quod, an vices balsami subire possit, non disputabo. Vendunt in Officinis adhuc aliam speciem Balsami, quod *Chilense*, (Chilesiense mercatorum famuli) appellant: Sed idem erit cum *Peruvianò puriore*, refinam referente. Nam Chili ad novum orbem pertinet, si Geographos consulere velis. *Vid. insuper Monard. p. 326. 327. seqq. & Guilb. Piso l. 4. H. N. & M. c. V. p. 119.* Optimum fit ex *Peruvianorum Molle*, quod nihil est aliud, quàm *lentiscus Peruviana*, de quâ vid. *Piso l. IV. pag. 132.* *Clusius in Christophorum à Costa p. 360. 361. & Lobel. p. m. 526. seqq.* Hæc sunt, quæ nobis nota sunt



de balsamô Indicô, cujus vires maximè com-  
mendabiles sunt in morbis à solutâ unitate ori-  
entibus, v. g. vulnere, ulcere, Phthisi. Hinc eti-  
am Elæosaccharum Peruviani Balsami valdope-  
rè extolli solet. Præsertim vero Tinctura Balla-  
mi Tolutani c. Tinctura  $\Theta$   $\Psi$ ri extracta, quam  
vide in *Willisii Ph. Rat. p. m. 59. p. iii.*

V.  
*Bdellium* quòd gummi sit, vel lacryma cujus-  
dam arboris spinosæ, notum est ex *Dioscoride*, &  
ejus interpretibus, atque potissimum *Matthiolo*  
in l. 1. *Diosc. c. 70. p. 68. 70.* Lignum prædictæ ar-  
boris descripsit *Wormius p. 166.* Fructum vero  
quem *Cortusius Bdellai* nomine transmisit *Clusio*,  
vide apud eundem in *Garz. p. m. 35. 36.* Lacryma  
vel gummi magis est in usu, præsertim in Trochi-  
scorum cypheos compositione. Ubi tamen hæc  
controversia decidenda venit, quid sibi voluerit  
*Dioscorides*, his verbis: *βδέλλιον ὄσφι εὐώδες ἐν τῇ*  
*σομιάσει, καὶ εἰκότος ὄνουχι*, h. e. *Bdellium est odora-*  
*tum in suffitu, & simile ungui.* Ratione prioris,  
nimirum fragrantia, res facilis est: ast quâ ratio-  
ne ungui sit simile, altercantur Autores adeò, ut  
quidam ex illis intelligant ungues humanos,  
quos ratione macularum, quæ interdum ungui-  
bus humanis insunt, repræsentare credunt. Ve-  
rùm enim verò qui norunt, *Blattam Byzantinam*,  
*unguem* vocatam fuisse, facilè has lites compone-  
re possunt, dicendo, *Bdellium in suffitu ungui si-*  
*mile esse, sc. ungui odorato, i. e. Blatte byzantine,*

prout



prout & solenne est in compositione Trochiscorum Cypheos, *Bdellium* pro *Blatta byzantina* substituere. Plura vid. ap. *Matth. l. c.* Nobis in tantò controversiarum adparatu tantùm usuales sunt pilulæ de *Bdellio*, raroqve præscribuntur.

## VI.

*Camphora* vel *Caphura*, notissima est Lacryma resinosa, arboris nuci juglandi, ut habet *Garz. p. 40.* non dissimilis, foliis candicantibus præditæ, salignis simillimis. Quòd ad hujus arboris umbram omne animantium genus confugiat, ut ferociora animalia evitent; it. quòd *Camphoræ* proventus largior, sit indicum tonitru, fabulam redolet, & ab ipsò *Garz.* refutatur *p. 40.* Est autem nobile hoc medicamentum duorum generum: *Camphora* sc. de *Burneo* vel de *Burneina*, & *Chinensis*, modum conficiendi, ac depurandi vid. in *Observ. Nat. Bocconis p. 268. 269.* Prior semper præferri solet, quamvis non adulterata *Chinensis* laude suâ non careat. Affertur ad nos in panes orbiculares coacta. Quomodo adulteretur, vid. *Garz. p. 39.* Probatio genuinæ talis est: In calido pane è furnò recentissime sublato bipartitoqve, manibus scisso, *Camphora* ponatur: quod si humore madeat vel liquescat, sincera est; sin contrà torreatur quasi, factitiæ & adulteratæ *Camphoræ* character est. Cæterum quoniam facilè avolat quasi, & evanescit, ad servanda est in vase marmoreo, vel nutriri debet semine lini, psyllii, vel, juxta quosdam, felicitiùs



pipere. De bonitate ejus vid. pluribus *Anatomiam Camphoræ D. Mæbii*. Vulgò statuitur esse frigidi temperamenti: Hinc etiam versiculus:

*Camphora per nares castrat odore mares:*

i.e. extingvit firem, prout etiam de Coitu, Camphoræ usu imminutò, videri potest *Zac. Lus. Hist. 20. p. 521*. Sed hæc observationes omnes ex falsâ hypothefi oriundæ videntur, quia certò præsupposuerunt, *Camphoram esse frigidam*. Hinc hodiernum Jesuitæ (ut castitatis cultores videantur vel quasi) Camphoram subinde masticare solent. Verùm consequentia est nulla. Nam ruta & vitex etiam firem extingvunt, & tamen non sunt frigidæ complexionis. Rationes vel experimenta, quæ pro frigiditate Camphoræ habet *Garz. p. 42*. quòd scil. ophthalmiis, item quòd combustis medeatur; it. quòd somnum inducat, nullæ sunt: nam hæc competunt etiam calidis, uti cuilibet, leviter in Praxi versato, constat. Major itaqve pars Autorum concludit nunc, quòd sit calida, quia est (1.) resina seu ♁. vegetabile: (2.) odorem habet penetrantem, qui est à ♁. & frigidis, ut sic, non competit: (3.) Flammam, more aliorum ♁rum, facilè concipit. Usualia, quæ sunt è Camphorâ, vid. in *Mæb. & Dispensat.*

## VII.

*Euphorbium* tam celebre non est, ob insignem acrimoniam & suspicionem malignitatis, quam in purgationibus minatur. Ideò hunc succum vel



vel lacrymam ex fauciata Lybica ferula cognomine, nunquam adhibemus, nisi correctam: de quâ correctione abundè in *Schrædero Matth.* vel in formâ Extracti Chymici, sed rarissimè, quia suppetunt nobis per DEI gratiam, alia. Idem iudicium esto de Pilulis Euphorbii. Chirurgis, potissimum *Hildano*, utiliter adhibetur in *Spina ventosa &c.*

## VIII.

*Gummi Ammoniacum* ex ferulâ quadam in Africa juxta Cyrenem & Ammonis oraculum. *Worm. p. 29.* Quæ ad differentiam reliquarum Ammonicifera vocatur, alii Metopium dicunt. Præsto sunt de hoc gummi Pilulæ *Quercet.* ut & Spiritus de gummi Ammon.

## IX.

*Anime* resinam *Worm. p. 224.* propter insignem fragrantiam atque vim aromaticam ex *Pisone l. 6. p. 123. 124.* transtulit ad Balsama: quod, an rectè, debet haberi ex avtopfia, aliàs ex Autoribus solas habebis conjecturas: *Vid. Hoffm. p. 129. l. 2. Monardes* differre hoc Anime ab orientali putat puritate *p. 315. Garz. p. 34.* Cancamum Græcorum arbitratur esse anime: vide illum loc. cit. Quomodo insuper ex Aminæo (*Myrrha Aminæa* apud *Dioscoridem*) factum fuerit anime? Vide apud adlegatum *Garz. p. 35.* Usus tam frequens apud nos non est: ideò manum de tabula!

## X.

*Elemi* Indis Icica dictum, unà cum arbore &



fructu copiosè descripsit *Piso l. VI. H. N. & M. 6. 8. p. 122.* Odoratissima est resina, instar anethi recentis contusi, pariter etiam præstantissima. Hinc *Piso l. c.* hæc subdit: *In omni Topico, seu simplex sit, seu compositum, ad vulnera aperta, & interiora mala, ex frigore potissimum enata, adeò expetita, ut profanum habeatur, illam aut ignorasse, aut non adplicauisse. Hoc (gummi) cum, rusticorum industriâ ad me adlatum, in quotidianô usu esset, vix ullo unquam emplastro stomachali, vel Cerato corroboranti adeò sum fisis, quàm huic. Viscera enim corroborare, flatus dissipare, & doloribus (præsertim nervorum) feliciter mederi, aliquoties sum expertus, ita, ut in frequentiori praxi hoc præ ceteris commendare, reliquisq; omnibus præferre voluerim.*

## XI.

*Narthex, seu ferula galbanifera* in Horto nostro hætenùs fuit luculenter spectata; quæ an Galbanum officinarum fundat, experiri nondum licuit. Notas ejus vide in *Matth. l. III. Disc. c. 81.* In officinis maximè veniunt in usum Galbanetum Paracelsi, atque Ceratum de Galbano, quamvis Essentia Galbani in affectibus uterinis etiam non sit rejicienda. Vid. pluribus *Hoffm. l. 2. c. 98. p. 301. & seqq.*

## XII.

*Gutta Geman, de Peru, Gamandra*, varia habet nomina, quæ vide in *Job. Petr. Lotich. & Castell. Tr. de gummi peruv.* Quàm varia vero habet nomina;



mina, tantoperè variant etiam Autores in ejus natura describenda, dum certò nondum sciunt, *an naturale sit, vel factitium?* Referunt quidam ad Esulam, ad Flores Ricini Indici, colorem vero ab extra advenire, v. g. ex Curcuma; Alii autem à Tithymalo & Scammonio derivare conantur. Sit ut sit! Nos habemus pro gummi, fluente ex arbore, non secùs ac alia. An verò color sit naturalis? non dubito: quandoquidem *Piso l. 4. H. N. & M. c. 10. p. 124.* describit *Caaopia*, quod colore & consistentia, ut ait, cum guttigamba convenit. Si in Caaopia talis est color naturalis, quidni etiam in gummi guttæ? *Vid. Worm, p. 220. Bontius l. 6. H. N. & M. c. 57. p. m. 153. 154.* Gummi guttæ refert ad Esulam Indicam, ubi porrò flavi hujus succi utilitatem & modum præparandi Extractum dilucidè proponit. *Reinesius* olim noster quando præscripsit hoc Gummi, vocavit ob aureum ferè colorem *Chrysopum*. An sit gummi contra Podagram, quod habet *Morardes*, vid. in *Clus. l. 4. Exotic. c. 8.* Magisterium de Peru egregiè purgat *άνω ηγή κάρτω*, sed nobis in nostra praxi solùm infervit stimuli locò, ut rocedamus tutiùs, apud ægrotos.

## XIII.

*Juniperinum gummi, seu Sandaraccha Arabum*, fusiùs est descripta à *Matth. l. 1. Diosc. c. 81. 91. 92.* ubi ratione usùs Plinium refutat, demonstrando, quòd in- & extra Medicinam, etiam mechanicis, multum inferviat.



## XIV.

*Panax Heracleum*, è quò fit Opopanax (q. d. succus Panacis) ante triennium una cum aliis speciebus Panacis concreddi porcæ (Mist. Bet) sed ipsa nihil reddidit; ideò de ipsò Panace vel Opopanace nihil scio, quàm quod libri Botanicorum de Panace referunt, & quod Avtopsia concedit de gummi ipso *Opopanace*. Usus & bonitates ex *Diosc. vid. in Schrædero l. 4. p. 208.* Quercetanus habet pilulas de Opopanace in affectu uteri, quâ ratione etiam pro emolliendo uterò interdum utimur, ut & in *δυσονία*. Cur Myrridatium atque Theriacam ingrediatur harrolari non valeo.

## XV.

*Draconis sanguis* est arboris succus, ejusdem nominis: Nascitur in Carthagine Peruvianâ. Fructum describit, quia Draconem exactè refert, *Monardes p. 367. 368.* Malè à quibusdam habetur pro Cinnabari Dioscorid. quod ipse *Dioscor. refutat l. V. c. 109.* Traumaticum est atque sanguinem cohibens. Estque *Sanguis Draconis in lacryma, & Sanguis in pane*, quia in panes seu massas cogitur in Peru. *Vid. Worm. p. m. 228.* qui duplicem, *nativum & factitium*, statuit. Prior colligitur in massulas pyramidales, foliis arboris involutas, colore exteriùs instar sanguinis coagulati: posterior vero in panes coactus, ex rubrica, pice & colophonia.

## XVI.



## XVI.

*Tacamahaca*) Ex novâ Hispaniâ defertur hæc resina vel gummi. Arbor, è quâ colligitur, magnitudine populum refert: admodum est ipsa odorata: fructus vero ruber, pœoniæ seminis modò, ut habet *Monardes p. 317.* Ipsum gummi est nervinum atque anodynum, adeò, ut ab Indis ad qualemcunque dolorem avertendum adhibeatur, modo absit inflammatio. Emplastrum quoque stomachicum præparare docet *Monardes p. 318.* Sic inveterati quoque dolores Ischiatici hòc curati sunt. *Hoffm. L. 2. c. 221.* Batavæ mulieres pro divertendis catarrhis adplicant tale Emplastrum de Tacamahaca & Galbanò, vel Mastiche, quod semper in regione Temporum apud illas observabis. Verùm NB. Extrahit quidem dolorem: ast, nisi statim removeatur, v. g. in Odontalgia à dente dolente, magis attrahit, & ita dolorem auget. Xantippe quædam hoc Emplastrum de Tacamahacâ adplicabat marito ad tempora, igne candelæ prius liquefactum: sed quantò cum dolore & exulceratione temporalis regionis? quilibet colligere potest, qui novit, Tacamahacam ita posse liquari, quemadmodum cera sigillatoria ex laccâ. Sistrum hujus erat alapa pentaphyllos!

## XVII.

*Tragacantha*, gummi est plantæ cognominis q. d. *Bod's. Dorn.* quam vid. *ap. Matth. l. 3. Disc. c. 20. p. 363.* Ad usus internos rarò vocatur, nisi in



si in Clysteribus, contra Dysenteriam, & speciebus diatragacanthi frigidis & calidis, quæ videantur in Dispensatoriis: aliàs excipientis vicem præstat ferè semper in formandis Trochiscis. Vid. *Morell. p. 164. seqq. Dioscor. l. 3. c. 23.* scriptum reliquit, quod Tragacantha in passo macerata bibatur contra dolores Calculorum, quâ occasione nonnulli sunt ducti, ac si Tragacantha esset illa materia, è quâ in India nunc fiant *Nidi avum*: de quibus in seqq.

## XIIIX.

*Liquidambra, Liquidambar, seu Ambra liquida,* est resina oleaginosa, odoris suavissimi, ambram æmulantis. Arbor, è quâ fluit, *Ococol* Indis audit, & frequens est in India Occidentali. An sit liquor *Ambrae*, cuius *Monardes l. 3.* meminit *p. 441.* dubium est, & videtur quòd non, quoniam ipse *Monard. p. m. 324.* Liquidambar à parte descripsit. Stomacho mirè confert, & magis Oleum Liquidambrae distillatum: Potest etiam admisceri unguentis contra scabiem, sed foret nimis pretiosum, non secus atque Borelli unguentum, quod recipit olei glandis unguentariæ  $\text{ʒiij.}$  *Cent. 2. observ. 7.*

## XIX.

*Mastix vel Mastiche* ) Arbor hujus gummi resinæ lentiscus est: unde etiam suprâ in Catalogo de lignis, lignum lentiscinum notatum. Ipsam Mastichem egregiè descripsit *Job. Strobelbergerus*, qui videri potest. Officinis usualia sunt præprij  
mis



mis (1.) Spiritus Mastichis, pro corroborando ventriculo: (2.) Syrupus in quibusdam civitatibus: (3.) Pilulæ mastichinæ: (4.) Oleum seu balsamus; quæ omnia insuper Caput & nervosum genus roborant. Insuper Mastiche est egregium medicamentum masticatorium vel apophlegmatizans. Hinc in adfectibus gingivarum & oris multum commendatur. Vid. de reliquis *Matth. in l. 1. Diosc. c. 75. p. 82.*

## X X.

*Myrrha* optima censetur *Troglodytica*, à Troglodytis, Arabiæ incolis, qui cavernas subeunt. Meminit hujus *Discor. l. 1. c. 77.* quæ Troglodytica Myrrha habetur à Galeno pro eadem, quæ alicubi *Dioscoridi Aminea vel Minea*, à Minæis populis, dicta est. Vid. *2. Paralip. c. 26. v. 7. 8.* Nos nomina non scrutamur: Vide talia nominum monstra apud *Hoffm. l. 2. p. 453.* Sed quid est Stacte? Ipsum etymon explicat. Scil. Myrrha Stacte dicitur, quæ spontè ex arbore myrrhiferâ exstillat; Myrrha vero officinarum *πλαση* vocatur, quia hominum industriâ in glebas vel granula colligitur &c. *Garz. de Myrrh. p. 29.* Habet egregium usum in arte Medicâ, dum medicamentum expellens, anodynum & traumaticum est, insuper etiam menses & foetum pellit, quod NB. ne suspectis impromiscuè detur: Pharmacopœus, siquidem citiùs falli potest, à meretricibus in his medicamentis, quæ varios usus habent, quàm quæ pauciores. Vid. prolixiùs *Hoffm. l. c.*

## X X I.



## XXI.

*Cancamum* à Dioscoride descriptum est, quòd fit Arabici ligni lacryma, *l. r. e. 23.* quæ myrrhæ quodammodò fit similis: sed nondum constat, quid propriè sit, quia usus ejus intereà exfolevit. Nos, quia in usu medicò tam frequens non est, siccò pede præterimus. *Vid. Matth. in l. 1. Diosc. p. 49* ubi prolixus est, ut demonstret, Græcorum *Cancamum*, & Laccam Arabum, esse unum & idem.

## XXII.

*Caranna*, *Tacamahacæ* similis est, nisi quòd sit paulò odoratior, splendidior & liquidior, juxta *Monard. p. m. 318.* ubi exemplum recenset alicujus Patientis, qui ob humeri cruciatus jam multo tempore brachium non poterat movere, tametsi *Tacamahâ* usus esset: sed postquam *Carannâ* uti cœpit, triduò sanitati restitutus est.

## XXIII.

*Carthaginensis resina*, quam *Monardes p. 330.* describit, & *Therebinthinâ Venetâ* præstantiorem censet, quid sit? & quò nomine in officinis venire possit? nescio. Interim insignem usum, consolidandi atque purificandi nervorum ulcera atque vulnera, eidem tribuit, ἰδὲν στικόν, ἰδὲν κατὰ Φεγτέον. Nihil parvum, nihil contemnendum.

## XXIV.

*Copal resina*, & ejus arbor, descripta est à *Gvil. Pis. l. 6. H. N. & M. c. 4. p. 118.* ubi modum insi-  
mul



mūl colligendi atqve utendi demonstrat, contra varios morbos tam externos, quam internos, præsertim vero vulnera præputii à circumcissione inflicta, & curatu aliàs difficilia, curat. Vid. id. ib. Rarò ad nos affertur eâ, quâ celebratur, bonitate. Ideò prolixiores non erimus. Vid. *Schræd. l. IV. p. 193. & Clus. in Monard. p. 315.*

## XXV.

*Lacæ gummi Garzias c. 8. p. 29.* dicit elaborari à formicis, quæ materiam tam pingvem ex arbore certâ exsugunt, non secus atqve apes mel. Quodqve hoc opus formicarum sit, probat, quia sæpius alæ formicarum huic gummi permixtæ visuntur. *Bontius* autem non ad arborem certam hoc gummificium adstringit, sed quòd istæ alatæ formicæ super flores fructusqve arboris, & frutices circumvolitent, è quibus, non secus ac apes, Lacæ conficiendæ materiam colligant, & in operas communes conferant. Formicæ autem quæ non sunt alatæ, huic negotio ineptæ censentur. Nota vel bonitas Lacæ judicatur, si masticata Lacca salivam rubedine aliquali inficiat, quod apud nos rarò præstat, imò, si tingit salivam, rubedo non est saturata, sed instar loturæ carniū. Fiunt ex eadem Bacilli, quibus utimur in obfignandis litteris, unde etiam dicitur *Siegel - Sacl.* Medicis est in officinis nota Tinctura lacæ, quam vide præparatam in *Myns. p. 46.* & in Stomacace præcipuarum est virtutum. Prostant etiam *trocisci de Lacca, & Dialacca ma-*  
jor



*ior Mesuæ*, quæ tamen rarò adhibentur pro corrigendâ ventriculi & Epatis intemperie, vel pro diuretico, quando in Hydrope  $\nabla$ æ ad vias urinarias vergunt.

## XXVI.

*Therebinti* resina, vel *Therebinthina*, duplex est in officinis: Resina *Therebinthi* & *Laricis*. Quoad virtutes ferè conveniunt: hinc etiam diversimodè substituuntur. Imprimis laudantur (1.) Spiritus, qui diureticus & diaphoreticus est: (2.) pilulæ simplices, quæ Gonorrhæam simplicem tollunt. Dico simplices. Nam habemus etiam (3.) Pilulas de *Therebinthina* cum *Rhabarb.* Plura legi possint in *Dispensatoriis*, ubi valdoperè contra gangrænam & morbos frigidos laudatur. Sed NB. (5.) Si sæpius usurpentur *Therebinthinata*, quod odorem violaceum urinæ imprimant. *Vid. Willis de □na.*

## XXVII.

*Saccharum*) Olim pro Saccharo saltim agnoscebant illum succum (ait *Worm. p 142.*) qui spontè exsudabat ex arundinibus, & calore Solis, modò aliarum resinarum & gummatum, concrescibat. *Vid. Matth. in Diosc. p. m. 244.* Hinc etiam *Tabaxari Persarum*, nihil denotat aliud, quàm succum lacteum, aut humorem liqvoemve, alicubi concretum, quod *Tabaxair* dein successivè tributum est Saccharo in hunc usque diem. Liqvor autem hic concretus interdum nigricans est & cinereus, non ob arborum incendium (si-  
qui.



quidem in multis ramis, quos non contigit ignis, niger etiam invenitur) sed quod ob nimiam humiditatem situm contraxit, vel quod diutius ligno inclusus permansit. *Garz. p. 46. 47.*

Nunc autem arte saccharum feliciter conficitur. Ingens & antiqua hic oritur controversia: *An Saccharum, quod hodie utimur, etiam fuerit notum veteribus? Fuchsius* rem decidit sic: quod veterum saccharum duplex fuerit: Prioris generis Saccharum nihil aliud fuit, quam mellis species: quod mel in calamis vel in cannis vocarunt, aut alio nomine *Sal Indum* (quod nomen etiam nostro Saccharo convenire posset uti probat hoc *Salmuth in Panc. l. 2. t. 5. p. 127. 128.*) Alterius autem generis Saccharum vetustissimis etiam Autoribus cognitum, ex arundinibus quibusdam exprimebatur: quâ ratione cum nostro Saccharo convenit. *At Matthiolus in Diosc. l. 2. c. 75. p. 244.* probat fusiùs contra *Fuchsium*, & per consequens contra *Salmuth*, quod lacryma vel liquor arundinum Sacchariferarum cum veterum Saccharo fuerit eadem arundo, his verbis (pag. 245.) Credo, antiquorum Saccharum ab iisdem arundinibus emanasse, à quibus vulgare nostrum exprimitur. Hanc autem putat subesse differentiam, quod Saccharum à natura factum, sit artificiali nostro longè tenuius. Adfertur nunc Saccharum ex Orientalibus pariter atque Occidentalibus Indiis, vel etiam arundines Sacchariferae, è quibus deinceps in nostrâ Europa & Ger-



Germaniâ Sacchari liquor arte præparatur. De Orientali vide *Garz. c. 12. de Tabazair p. 47.* ubi arundinem prolixius descripsit; ut & *Lobel. de arundin. Sacchariferis.* De Occidentali vero arundine, & modò conficiendi Saccharum, tum aqváriâ mola, tum boum indefessò labore vid. *Pis. in Hist. N. & M. p. 108. & Neuboff. in R. S. pag. 82.* ubi quoque modum depurandi vel finationis reperies, qui consistit in reiteratâ & quater repetitâ coctione; hæc enim sæpè instituta, candore, duritie, & svavitate ad finem bonitatis (h. e. refinare) pervenit Saccharum. *Vid. Salmuth. in Panc. p. 127.* aut in metas pyramidum adfertur ad nos optimum Valentinum, Madariense, Canariense, & Melitense, è quò fit Moza recens natorum, h. e. Massa ex Penidio & Oleò Amygdalar. dulc. Syrup. violar. Ex Saccharo paratur quoque confectio, *corpus sine anima vocatu.* Vide *Schræd. & Hæfer.* Reliquæ species ignobiliiores sunt, qualis est Cassonata vel Cassonada (*Vid. Bauderon. pag. 23.*) aut Saccharum in pulvere: *Schræd. p. 212. Worm. p. 166. Zucker. Küsten-Holz/* tunc patebit, quid sit Casto vel Cassonada. Et licet in usum medicum revocentur externum, tamen rarò in internum. De temperamento & viribus Sacchari prolixius vid. *Ang. Sale Saccharologiam,* ubi etiam disputat de usu Sacchari in Medicinâ, & variis exindè præparatis.

## XXVIII.

*Scammonium* succus est plantæ cognominis  
Scam.



Scammoneæ. Optimum est, quod lingvæ ad-  
 motum spumas albicantes concipit, & quasi fer-  
 mentat, absque morfu; aliàs censetur esse adul-  
 teratum Tithymalo. Scammonium hoc quia  
 qualitates nostræ naturæ inimicas habet, corri-  
 gitur coctione in pomô cydoniorum, & dicitur  
 inde in officinis *Diagrydium*. *Hoffm. l. i. c. 34.* cen-  
 set esse vocabulum corruptum, legendumque  
 putat *δακρυδίων*, i. e. lacrymula; Hinc Officinarii,  
 audientes succum Scammonei præparatum à  
 Græcis vocari *δακρυδίων*, eos imitaturi, corruptè  
 nominant *Diagrydium*: unica enim tantum  
 intercedit littera, quæ differentiam constituit.  
 Corrigitur in officinis succo rosarum: ast succus  
 citri præstat. Hinc Augustanis Cholagogum  
 insuccatum, idem est atque Scammonium præ-  
 paratum. *Vid. apud Schræterum* pulvis Comitæ  
 de Warvvik, vel Cornachini, ut & correctio,  
 quæ fit fumo,  $\Delta$ . is. *Vid. Hartm. & Croll.* Sed  
 quid est pulvis Syrius? Nihil aliud, quàm resina  
 Scammonii, diciturque ita vel à locô natali, quia  
 Syriacum pro optimo habetur, vel quia tempo-  
 re illô, quô Syrius regnat, purgamenta, potissi-  
 mum ex Scammonio non satis tuta sunt, secun-  
 dum *Aphorism. Hipp. 54. S. V. Sub cane, & ante*  
*canem, difficiles sunt purgationes*; de cujus tamen  
 Aphorismi veritate vid. *Heurn. in Comm.* Ego ex-  
 cipio semper necessitatem, quæ non habet le-  
 gem, & ferrum frangit, nedum hunc Aphori-  
 smum. Interim ipse concedo, Scammoniata  
 esse



esse cum discretione adhibenda. Vide, quæ observaverit Zwælferus in *Append. de præpar. resine Scammonii*, & *serum Scamm. purgans in Sylvii Praxi p. 27.*

## XXIX.

*Styrax*, corruptè *Storax* in Officinis, est gummosus resinofusque succus concretus, suavissimi odoris, arboris cujusdam, quæ *Storaciflua*, ad differentiam aliarum, vocatur. Magnam habet *Styrax*, ratione Odoris, convenientiam cum *Benzoë*: Hinc etiam quidam Macedones *Styracem* pro *Benzoë* intellexerunt. *Garz. p. 24. 26.* autumat *Benzoë*m optimam permixtam esse cum *Styrace* liquidâ, dubia res est! ut &, quid sit *Styrax liquida* & *styrax rubra*? Licet enim cum *Styrace calamita ruber* videatur idem: nihilominus in *Diacastorei Nicolai*, in *Alipta moschata*, distinctim præscribuntur. Decisio optima videtur hæc, quòd hæc tria: *Styrax calamita*, *liquida* & *rubra*, sint idem gummi, juxta *Hoffmannum*, sed puritate differant. Hinc *liquida Styrax* est optima, & quia ex arbore stillat, meritò *Styrax* vocanda, (sed non statim *Myrrhæ* liquamen) imò juxta quosdam est *liquida Styrax* *Oleum* arboris prædictæ expressum: *Styrax calamita* (à *cannarum calamis* sic dicta, in quibus olim ex *Pamphilia* adportabatur) fragrans quidem est, sed non tam pura. Nihilominus fit exinde *Electuarium* in adfectibus pectoris. Denique est *rubra* (quanquam *calamita* de aliquali *rubedine*



dine etiam participet, & à nonnullis pro rubrà habeatur.) Hinc quando in Aipta moschata & Dia-Castoreò seorsim præscribuntur, error pharmacopœi indocti subesse videtur, uti factum sæpiùs in confusione Spodii Græcorum, & Arabum. Vid. hinc inde in *Pharmac. Bricii. Bauderon.* Fuit rubra in capite de corticibus, Thymiamatis nomine demonstrata, estque magma Styracis impurissimum, variisqve heterogeneis, v. g. paleis, pilis &c. mixtum. Cæterum ipsa Storax calamita est *Συρία* suavissimum, & utile capitis adfectibus (unde frequenter præscribitur, in cucuphis,) tussiqve medetur, vulvæ quoque Emplastri formâ adplicata, sterilitatem tollere creditur.

## XXX.

*Ladanum* (non Laudanum) est succus ex *Cisto*, qui Ledon dicitur. Ex hoc *Crato*, trium Imperatorum Archiater, suum præparat *Stomachale Cerotum*. De quò ipse *Crato in Cons. 299. pag. 877. Ego præpotenti D E O, qui mihi medicamentum hoc ostendit, gratias ago. Certè flatulentâ Melancholiâ laborantibus nihil utilius.* Præparatur verò sic:

Rec. Ladani puriss. ℥j.

Ceræ ℥ij.

Ol. Nuc. mosch. expr. ʒss.

Stomach. Craton. q. s. M. F.

Cerotum.

*Oleum stomachale Cratonis fit tali modo:*

K 2

Rec.



Rec. Ol. absinth. ℥j.

Summit. absinthii Mj.

Caryophyll.

Santal. citr. ana ℥ij.

Rosar. rubr.

Macis ana ℥iſſ.

Mastichis ℥iſſ.

Vini odorati ℥ſſ. coq. ad f. q. & exponatur Soli ad aliquot dies.

Ladanum ipsum pessis junctum, Secundinas elicit, & matris duritiem sanat. *Worm. p. 227.*

## XXXI.

*Manna* calabrina est liquor s̄vavis roscidus, (Drosomeli δροσόμελι) qui ex aëre sublucanis temporibus decidens, arborum ramis & frondibus (potissimum Fraxino & Orno) hinc herbis & lapidibus, & solo interdum adhærere invenitur, brevi tempore evanescens, grumolus adparens, instat gummi. Estque duplex: *granata* quæ constat minoribus granis, & *Mastichina* quæ præstantissima. *Worm. p. 227.* quæ mastichis guttis æqualis. Ista *Manna foliorum*, hæc *corporis* dicitur, quia ex ramis arborum habetur. *Vid. Morell. p. 30. Garzias c. ii. p. 45.* tria Mannæ adducit genera; sed alteram horum vel secundum videtur esse semen graminis Mannæ: de quâ supra in Cap. de Semin. Est laxans & purgans medicamentum: sed nunc hisce in regionibus rarò adhibetur. Communia præparata vide in Officinis. Spiritus Mannæ in malignis magnarum



est virium. Sic Chymicis etiam pro menstruô  
inservit. *Vid. Hæf. Herc. Med. p. 340. & Schræt. l.*  
*4. p. 258. Reliqua vide in Magneno, Jul. Cas. Claud.*  
*Matth. & Panciroll. Worm. p. 227. & c.*

## XXXII.

*Opium.*) ὄπιο Gr. dicitur succus. Hinc vo-  
cabulum istud cujuslibet herbæ succo posset at-  
tribui. καὶ ἐξοχὴν verò sumitur pro illa lacry-  
ma, vel succo, qui ex capitibus papaveris, dum  
maturefcebat, leviter incisus, exstillat. *Meconi-*  
*um* vero est succus ex iisdem, vel ex tota plantâ  
etiam, expressus. Opium, quod apud nos in  
usu est, potius *Meconium*, quàm Opium est, Ex-  
tractum nempe, & torculari expressum ex capiti-  
bus & frondibus papaveris, quod evincunt fistu-  
cæ & folia, quæ in ejus massa quandoque adhuc  
reperiuntur. *Worm. p. 228.* Quale papaver opi-  
um fundat, an sativum, vel silvestre, album, vel  
nigrum? optimè docet *Winckler l. 1. de Opio, c. 2.*  
*4. Garzias ab Horto* opium Mesini, vel Misri cum  
Thebaico pro eodem habet: quod nec improbat  
*Bontius p. 9.* Plurimi ex Veteribus (quibus etiam  
*Garzias* adstipulatur, & ob summam frigiditatem  
fræm stimulare, frustrâ negat *p. 22.*) dixerunt, o-  
*pium esse frigida nature*, quia (1.) ab adsumto o-  
piô qui moriuntur, frigidum expirant anhelu-  
tum. Qualis autem hæc est consequentia? O-  
mnes moribundi faciunt hoc. Ergò omnes mo-  
riuntur ab Opio adsumto? (2.) Congelat San-  
guinem. Resp. hoc adhuc in quæstione est. Po-  
sitô,



fitô, non verò concessô ; Coagulatio non semper dependet à frigiditate : Sic ☉næ ☉. coagulat Sp. vini. Qvis hoc vellet attribuere frigiditati? Contrarium observavit *Borell. L. 4. obs. 57. (3.)* Stupefacit. Resp. vinum etiam stupefacit. E. estne frigidum? (4.) Idem est iudicium de virtute hypnotica. Vid. *Charasium in Hist. natur. animal. plantar. & Miner. quæ Theriacæ compositionem ingrediuntur.* Manet ergò, quòd sit calidum, quia (1.) facile inflammatur: (2.) habet gravem odorem, quò frigida quævis carent: (3.) probatur ex amaritie: (4.) labiorum inflammatione: (5.) faucium incensione: (6.) Sitis excitatione: (7.) libidinis & reæ stimulatione contra *Garz.* (8.) pruritûs provocatione: (9.) Sudorem promovendo: quæ & aliæ rationes possunt videri in *Freytagio de Opio & Opiatis.* Virtus insuper tanta est, ut, si rectè usurpetur, & præparetur, laudibus vix possit extolli. Quicquid enim *Theriacæ, Mithridatium, Philonium, Thripberæ, &c.* præstant, id faciunt ratione Opii admisti, ut egregiè differit *Wallæus in M.M. & Bontius ad Garz. p. 9. 10. Charasias vid. Ephemerid. T. 4. p. 170. 171.* Hinc eiusmodi confectiones antiquitus etiam vocatæ sunt *Opiatæ*, licet hodiè abusivè & impropriè *Electuaria*, etiam quæ opium non recipiunt, opiata vocentur, solum ob consistentiam *Opiatarum veterum*, v. g. *Theriacæ*; vid. *Morell. l. 2. c. 11.* Ea proter usus Opii tantoperè non reformitandus: vid. *Charas. in Ephemer. p. 171.* qui ad



AD MATERIAM MEDICAM. 149

36. gr. adsumtum probat *Bellonius* verò l. 3. obs. c. 15. à 3ss. ad 3j. *Alpin.* l. 4. b. p. 118. 121. a. b. ad 3iij. vid. *Bont.* p. 10. Quomodo opium corrigatur, vid. in *Croll.* *Hartm.* *Schræt.* *Quercet.* & aliis. In Officinis prostant (1.) Extractum Opii adversus Colicam in Enemate. Vid. *Borell.* p. 39. (2.) Laudanum opiatum, q. d. laudandum medicamentum: habetur in Officinis pro Viris & Mulieribus, cum & sine Moscho vel Ambra: & nullus ferè datur Medicus, qui non peculiarem jactitet Laudani præparationem. Vid. *Salam* & *Grulingii Florileg.* Virtutes constant ex superioribus. Spectat hinc *Sotirella parva Augustanorum*, quæ si reciperet opium purificatum & præparatum, nihil esset aliud, quàm Laudanum opiatum. Vid. *Zwælf.* p. 471. & 887. adhibetur in dolore dentium excavatorum.

XXXIII.

*Maslach* autem quid est? Estne *gummi magnanimitatis*? uti ab effectu quibusdam placet. Est nihil aliud, quàm succus papaveris albi, qui ex capitibus incisus elicitor. Unde Turcæ totos agros papavere albo, ut nos tritico, serunt, sed eâ conditione, ut singuli rustici non plus serant, quàm familiam habeant ad id colligendum sufficientem. Vid. *Bellon.* p. m. 429. l. 3. c. 15. obs. Is, qui semel & sensim advevit, nisi indies iteret, brevi tabidus moritur. *Worm.* p. 127. Vid. plur. *Bellon.* l. c. qui opium locò *Maslach* vocat per totum.

K 4

XXXIV.

semper  
ulat Sp.  
iditati?  
57. (3.)  
cit. E.  
de vir-  
natur.  
composi-  
sit cali-  
habet  
ent: (3.)  
flamma-  
tis exci-  
e contra  
udorem  
ant vide-  
in super  
aretur,  
nim The-  
ere, &c.  
ti, utie-  
ad Garz.  
p. 170. 171.  
us etiam  
& impro-  
ecipiunt,  
m Opi-  
orell. l. 2.  
reformi-  
qui ad  
36. gr.



*Thus* i. e. *Olibanum*, veteres in suffimigiis, ad Dæmones arcendos c. ♁. adhibebant. Hinc adhuc proverbium: Du fürchtest dich / wie der Teufel für den Wehrauch. *Vid. Wier. de Præst. Dæm.* Arborem *Thuris* describit *Garzias* c. 6. p. 29. quòd habeat folia lentisci, & sit tantum peculiaris Arabiæ. *Distinctio* *Thuris* in *Marem* & *fæminam* vid. in *Schræt.* p. 224. Mas naturâ suâ rotundior esse dicitur; Hinc ista adpellatio! *Manna* *Thuris* sunt istæ micæ, quæ ex collisione, dum in faccis vehitur, colliguntur formâ pollinis, ut habet *Schræterus* l. c. & *Salmuth* in *Panciroll.* p. 130. L. 2. quamvis alii per *Mannam* *Thuris* grana ejusdem intelligant. *Cortex* *Thuris* in *Officinis* dicitur *Thymiama*: quod tamen vocabulum & ambiguum, & generale est, & quodlibet suffimigium denotare potest. In usu medicò tam internè, quàm externè adhibetur variis modis.

## XXXV.

*Elaterium*, cucumeris asinini succus vel spontè effluens, vel torculari expressus, hûc referendus. Dicitur ita ἀπο τῆς ἐλαύνω i. e. agito, commoveo, quia fortissimè purgando, totam quasi massam sanguineam commovet, & sic per consequens, hypercatharsin producit. Vide, quæ de Illo habet *Hoffm.* l. 1. de *M. O.* p. 27. 28. Miror, cur ex tam dissitis regionibus illud petamus, cum hîc locorum possit confici, & rarò usurpetur, (*Gvilb. Piso* p. 264. usum ejus planè dissuadet) nisi



nisi locò stimulantis, in formâ Extracti. Essentiam Elaterii vide *apud Morell. de Prescrib. Form.*

## XX XVI.

*Tartarus Vini* etiam hõc in Capite considerandus, qui non est *lapis propriè* loquendo: dissolvitur enim in  $\nabla$ a fervidâ, quod nullus faciet lapis vel calculus: nec est vini excrementum; sed ex *vinò & face vini constitutum* quasi neutrum, consistitque natiuitas  $\text{♀}$ ri in succis vinosis, Spir. vini actualiter constantibus, & leviter acescentibus, propter fugam spiritûs intrò. Quando enim aciditas vini saturata est per facem, tunc  $\text{♀}$ rus coagulatur. *Vid. Tr. Helm. de ♀. Vini;* & præparata ex  $\text{♀}$ . in Dispens.

## SECTIO IV.

REGNUM ANIMALE  
COMPLECTENS.

## CAPUT I.

## DE ANIMALIBUS INTEGRIS.

## I.

**B**ufo licet ranis adnumeretur ab Autoribus, fit tamen cum addito, sc. venenatis: & quàm tetrum, maledictumque sit animal, notum est cuilibet ex avtopsia, adeò, ut pestem ipsam, ut sic loquar, adumbrare videatur: ut nihil nunc dicam de odio in humanum genus, quò totus



flagrat. Hinc non immeritò contra pestem multis modis commendatur. *Helmontius in Tumulo Pestis*. Paracelsum statim refutat, dum bufones ab attractione pestilentialis veneni intumescere scripsit. *p. m. 884*. Et ad experientiam provocat, concludendò: *Quasi pestis humana bufonis venenum foret!* Hocque si contingeret, non bufo pesti, sed pestis bufoni imperaret. Nec etiam cadaver ficcatum sentit, quæ sibi viventi erant venena. Nec tumet cadaver, ictum à serpente: Cadaver siquidem non senserit, nec retinuit energiam tumefaciendi. Quæ rationes *Helmontii* non sunt de nihilo. Sed præstat hoc Bufo, quatenus ideam Archei terrificam destruit; ita bufonis amuletum homini quidem inimicum, amicum vero sibi, simulac vim pestis in corpore alicubi præsentem sentit, illam subitaneâ actione ad se trahit, atque hominem liberat: *Vid. Kirch. de peste p. 342. & Helmont. l. c. & seqq.* Amuleti locò pellem bufonis quidam applicant: *Vid. Kirch. p. 347. & Worm. p. 265.* Ast quoniam plerisque hoc formidabile, redegit hæc *Crollius in Zenexton p. m. 314.* Quâ ratione *Helmont* ex mente *Butleri* tam præservationis, quàm curationis causâ, bufones præparet, vid. illum *p. 884. b. ut & Kirch. p. 530.* Et ex eo ulterius ratiocinare, *p. 350.* Pulvis bufonum aliàs notus est in Hydrope apud *Hæfer. p. m. 128.* Sed *Pet. Job. Faber l. 5. Panthymic.* etiam ex bufone antilemicum præparat *Salem*, quem vide *l. c.* Oleum buf. vid. *in Prax. Chym.*



*Chym. Hartm. p. 369. Vid. Bufon. Brasil. Pis. l. V. p. 298. ut & de Venenis barbarorum in genere pag. 297. Paræum l. 2. c. 24. p. 444.*

## II.

*Cantharides* Spanische Fliegen.) Veteres fuerunt in opinione, Cantharides tantum exulcerare vesicam, atque mictionem cruentam causari: sed oblitum sunt, vel videre noluerunt, quod ipsi cantharidibus excitarint olim fonticulos: quæ operatio sine exulceratione fieri nequit. Ideò hypothesis isthæc oppidò falsa adparet. Experiri hoc poteris; si cantharides cuilibet parti corporis nostri adplicueris, sequetur exulceratio. Ergò non vesicam solum exulcerant. Rarò nunc adhibentur, idque non, nisi ablatis alis, & capite & pedibus, pro vesicatorio. An vero hæ partes sublatae, si externè, & plantis pedum adligentur, venenum hujus insecti mitigent? *Vid. Galen. & Heinr. ab Heer p. 136.* Chirurghi veteres, uti dictum, pro excitandis fontanellis eos adhibebant, sed maximò cum dolore & tædiò Patientis. Nunc alia prostant, quæ tutiùs & citiùs operantur, non dicam jucundiùs. Internè si adsumantur, producant mictionem cruentam, vel, si in morsulis pro excitanda fræ, priapismum, h. e. erectionem membri continuam. Pellunt etiam foetum, & movent menses; hinc suspectis dene-gandi.

## III.

*Coccinella*, vel potiùs *Cocchenilla*, seu *Cochinil-  
lia*



lia (vid. *Fragos. l. 3. c. 15.*) Eickstad. in *C. A. p. 22. cap. de Serico. Cotonella Budeo à Stapelin Eres. p. 238. 1. Cosenelle*, non est granum, vel fructus, ut quidam hæctenus putarunt, sed *insectum* vel vermis, cinnici similis, quod foliis ficus Indicæ adhæret, & tenui pelliculâ obductum est, ceu potuistis, videre in oculari demonstratione, in quâ integrum insectum testâ rubrâ obductum, vobis communicavi. Imò qui dubitat de hoc, hæc grana putatitia indat æquæ calidæ, & statim videbit crura post æqualem emollitionem: interdum etiam apud mercatores integrum insectum, interdum alæ instar muscarum, reperiuntur. Et hæc est celebratissima Indorum Cochinillia, quæ Grayne colorantur. *Vid. Bauh. p. 458.* Si dentibus conteratur, purpureo afficit salivam colore, satisque exaltato. Nec mirum. Quia enim juxta *Neuboff. p. 364. in descr. R. Ch. Ficus Indicæ* extus & intus rubent sanguinis instar, facile hinc conjiciendum, quod prædicti vermes foliis (Tunal) & fructibus adhærentes, liquorem purpureum pro alimento exsucturi sint. Præbet hinc colorem facorum in linteolis, quæ officinæ vocant Le pezzete di Levante, it. Lacca florentina exinde dicitur confici, si videl. Cochinillia præcipitetur cum lixiviô, & incorporetur dein cum Cerussa; quamvis alii colorem sumant huncce ex baccis Amaranti Mexicani; de quibus supra. Licet autem Cochinillia insit liquor succusve purpureus, male tamen à quibusdam



busdam pharmacopœis exinde præparatur *confectio Alkermes*. Etenim non ita pridem à quodam inaudivi, se in defectu *granorum Kermes*, statim ex *Cochinillia* extrahere *Tincturam*, & lege artis confectionem prædictam. Nam nemo nostrum adserere potest, quin huic insecto insit aliquid virosi. Hæc moneo, ut & Vos aliquando circa salutem hominis occupati; discatis vera discernere à falsis. Nam experientiâ duce, scimus ex hypothesi, in granis *Kermes* esse cordialem virtutem, in *Cochinillia* nondum scimus. Si verò quis experientiam certam (dico certam, h. e. quâ sine corrosivo, vel *Aqua forti* ex *Cochinillia* *Tincturam* pro confectione prædictâ elicere sine sanitatis læsione queat) potest adserere, non alterabor. Nam una vel altera medicamenti exhibitio, nihil minus est, quàm experientia. Præter usum cosmeticum suprâ memoratum, mechanicum præbet insectoribus, longè sublimius tingendo, quàm vel *rubia Silesiorum*, vel *Grapp Belgarum*, quæ unum & idem sunt. Vid. *Dodon. & Lobel.*

## IV.

*Lumbrici terrestres* non tantum pro diuretico in calculosis, verùm etiam pro anodyno atque discutiente in *Podagra* vel *Arthridite* adhibentur: Non rarò etiam pueris verminosis dantur. Quod an tutò fiat? quærit *Senn. l. 3. Pract. Paralip. 3. p. 179.* tuendò negativam, idque ex *observ. Heeric. ab Heer obs. 9.* dum scribit, se non probare consilium



lium vel vulgi, vel quorundam Medicorum, verminosis pueris vermes, vinò lotos, & in tegulâ exsiccatos exhibentium. Certò enim sibi se, experientiâ edoctum persuadere, materiam illam vermium putrem, putri puerorum pituitæ remixtam, à magnò illorum calore iterum animari, ut videmus muscas submersas, multis diebus mortuas, si non premantur nec simpliciter exstingvantur, soli denuò expositas, novò calore iterum vitam volatumque, ut & pediculum, pelles, in puerilibus capitibus & vestibus relictas, amissam inter unguës & pectinem animam recuperare. Ideò hæc cautio à Practico notetur sedulò.

## V.

*Mumia* magna apud autores est æquivocatio, quæ prolixius vid. in *Beckeri Spagy. Microc.* & in *post-Praxi Alex. Santorelli, Paræum in Embamnationibus, Bilsii Specimen Anatom. Bellon. p. 277. Pan- cir. l. 1. p. 145. de Cedrio.* Officinis nota est (1.) *Mumia Arabum*, quæ nihil est aliud, quàm liqvamen concretum, exsudans in sepulchrò è cadaveribus, Aloë, Myrrha, balsamoque conditis. Quæ si vera haberi potest, præ cæteris speciebus *Mumia* erit æstimanda: (2.) *Ægyptiorum*, quæ est liqvor ex cadaveribus pissasphaltò conditis proveniens, estque omnium pessima. Nihilominus testatur *Matthiolus*, *Mumiam* aliam in nostras regiones non deferri, nisi hujus conditionis (3.) *Factitia*, quæ nihil est aliud, quàm mistura,  
piscis



picis & bituminis, quæ Pissasphaltum vocatur:  
 (4.) *Cadavera sub arena, solis aestu, torrefacta, mu-*  
*miae nomine veniunt, sed raro ad nos mittuntur.*  
 Londini in Collegio Medicorum Mumia Cleo-  
 patrae adhuc visitur: Fides vero fit penes de-  
 monstrantes! Disputat contra hæc *Paræus l. ii. c.*  
*7. p. 270. Bellon. p. 278. (5.) Corpora, violentâ mor-*  
*te extincta, & Aloë atque Myrrhâ arefacta, Chy-*  
*micis etiam Mumia audit; Alium etiam modum*  
*Mumiam Chymicam è Cadaveribus malefico-*  
*rum parandi, qui tamen parum differt à modo*  
*infumandi carnes, vide in Croll. Basil. Chym. p. 358.*  
*& Hoffm. in Paralip. c. 7. qui hunc modum pa-*  
*randi Mumiam, relegat zu der Sachsen Kauch-*  
*Kammer: & insinul Mumey Brunsvicensium (ce-*  
*revisia) cum Mumia hujus loci confundit.*  
 Tanti olim, & nunc à quibusdam, est æstimata,  
 mumia, ut omnibus cordialibus admilceretur:  
*Bellon. p. 277. 278. uti videre licet in Atbanasiâ*  
*magna, Laudanô opiato, Tberiacâ ex Mumia Crol-*  
*li & c. Hinc etiam nunc pulvis mumiaë, & Essen-*  
*tia in peste & contra casum, aut in vulneribus*  
*maximoperè commendatur. Sed non immeri-*  
*tò conqveritur Renodeus & Helm. p. 226. quòd Mu-*  
*mia maximò mortalium periculò divendatur,*  
 quia nihil est aliud, quàm expressus cadaveris  
 succus. Unde *Paræus l. ii. c. 7. p. 170. mumiam,*  
*planè eliminat ex usu medicò, rationibus non con-*  
*temnendis: quarum est (1.) quòd corpora regum*  
 aut magnatum quæstûs causâ, nobis non trans-  
 mittan-



mittantur. Ergò Mumia vera, i. e. conditura balsami, aloës & myrrhæ, caremus. *Vid. Matthiol. in Diosc. l. 1. c. 85. (2.)* quòd Ægyptii soliti fuerint condire corpora non eum in finem, ut postmodum viventibus venirent in usum, sed ut animos, resurrectionis universalis opinione, haberent delibutos. (3.) Horrendum est ministerium vilissimæ Ægyptiorum plebeculæ aut suspensorum putrescentes carnes devorare. (4.) Mumia in affectibus, in quibus adhibetur, nullum præstat effectum; (5.) Sed potiùs molesta symptomata, v. g. Cardialgiam, ventriculi tumultum, conturbationem, vomitum, oris fœtorem &c.

## VI.

*Scorpiones* hîc omissi sunt, quos prolixè *Matth. in L. 2. Diosc. p. 187.* describit. Cur in agro Tridentino non sint *ιοβόλοι*, vid. ib. Sed ratio est superstitiosa. Arte factum Scorpionem vide in *Hæf. Herc. Med. p. m. 97.* Oleum Scorpionum, Matthioli compositum inter omnes præstantissimum, præsertim *Oleum Caraviræ*, vid. ap. *Hoffm. in Paralip. p. 648. & Matth. in Diosc.* In peste pulsi adplicetur, moribus etiam medetur venenatorum; it. Enæ difficultatibus & calculi doloribus, si perinæum, vel pubes eò inungatur.

## VII.

*Stellionis* exuviæ (*Hendex*/ lacerta minor) de prædicantur contra Epilepsiam: quoniam vero præfagit (ut loquitur *Salmuth in Pancir. l. 1. p. 40. b.*) vel præscit, eas usui humano futuras ad propulsan-



pulsandum caducum, malignè eas devorat, ne profint. Hinc *Stellio*, & *Stellionatus crimen* ad varios torquetur. Ego subesse puto incantatorum fabulas. Unde namque præsciret hoc insectum, quòd exuviæ homini prodesse possint? Vid. *Schræt. pluribus, l. V. de Lacerta, p. 342. 343.* Cæterum *Bellonius* notavit, quod Excrementum *Stellionum Stercus Crocodili* vocetur, & pro insigni Cosmetico à Mulieribus Gallicis habeatur, qui potest videri. *in observ. p. 272.*

## IIX.

*Stincus*, *Scincus marinus*, aliis *terrestribus Crocodilus* vocatur. Hinc etiam *Francofurtenses* nominant, *Erd-Crocodill*; est animal aquaticum, squamis luteis vestitum, cæsiâ à capite ad caudam decurrente lineâ insignitum, manibus humanis quodammodo præditum, herbis odoriferis victitans. Ob id virtutem possidet alexipharmacam & recipitur (1.) in *Mithridatium*, & *Theriacam*, ob aphrodisiasticam facultatem (2.) in *Electuarium Dia-satyrium* recipitur, & quidem quoad diversas partes. Nam in *Dia-satyrio* tantum cauda & lumbi *Scinci* expetuntur, hypothesei forsan isthac, propter situm renum & spermaticorum vasorum. *Mithridatium* ventrem animalis recipit: alii renes, alii rursus rostrum & pedes commendant. Sed hæ & aliæ hypotheseis de *Scincò* rectè ab *Hoffm. rejiciuntur.* Vid. *Paralip. p. 647. ut & Matth. l. 2. Diosc.*



*Vipera* quoniam recipitur in compositionem Theriacæ, paucis quoque examinanda venit, præsertim cum circa ejus historiam naturalem, multa adhuc reperiantur fabulosa, qualia in observat. *Franc. Redi* refutata plurima videbis, & quidem (1.) quod venenum viperarum non in ipsarum dentibus lateat, nec in caudâ, multò minùs in felle, sed in duabus vesiculis, dentes ipsarum degentibus. (2.) Quod venenum Viperinum tam lethiferum non sit. Hinc *Lucanus*:

*Noxia serpentum est admisto sanguine pestis  
Morsu virus habent, & fatum dente minantur,  
Pocula morte carent.*

Imò *Helmontius* vipersas planè negat esse venenatas, nisi iracundiâ, vel furore agitentur. (3.) Carnes animalium à viperis necatorum non esse lethales. (4.) Nec bibere ex vino, in quò vipera suffocata sunt. (5.) Idem negat, carnem viperarum insigniter alterare, aut sitim producere. (6.) Negat etiam salivam hominis jejuni necare vipersas. (7.) Sal quoque viperarum reliquis salibus nihil præstare in morbis curandis. Alius autor, nomine *Charasius*, errores, qui in præparatione Theriaces committuntur, detegens, notat de Viperis, quod illæ (bases Theriacæ vocat) flagellis cædi soleant à quibusdam, eum in finem, ut omne, quod habent, venenum, ad caput ascendat, præscindendum tum demum, si satis sint irritatæ. Caro etiam ebullienda igni ad-



admoveatur, ut quod restare ibi venenum possit, extrahatur, & Spinæ, tanquam inutile quoddam rejiciantur. At vero cum experientia docuerit, omne viperarum venenum circa vesiculas dentium esse, flagellationem illam non inutilem saltem, sed quoque periculosam esse, adserit *Charasius*; Ratio in promptu est, quia Spiritus sic irritati in corpore animalis producere venenum possunt, ubi antea nullum fuit. Aquam etiam in qua ebullit caro viperina, omnem tollere virtutem: nec spinas rejectas minus ipsa carne utiles esse demonstrat. Reliqua de Viperis vid. in *Baldo Angelo Abbatio*, ut & de pulvere Viperarum in *Spontono*. Casum, qui Salmurii in Gallia 1670. contigit, dum quidam febre maligna correptus, tres vivas vipers deglutivit, illasque postmodum tumefactas per secessum excrevit, atque hoc medio pristinae sanitati restitutus est, vide suo loco.

## CAPUT II.

DE ANIMALIUM PARTIBUS,  
ET IN ILLIS REPERTIS.

## I.

**A**lcis ungula, *Elends-Klau*/ egregium putatur esse specificum contra morbum Herculeum: quâ ratione vero? nervosè disputat *P. Job. Faber* l. 5. *Panchym. c. 21. Hoc animal, inquit, quoniam ex naturali temperamento affligitur Epilepsia, habet*

L 2

idem



idem animal innatum secum remedium, unguam, posticam, in pede sinistro, quam durante paroxysmò sæpè solet deferre ad caput pone aurem, seque à malò liberare. Causam, ob quam ungula hæc tam potens sit, idem Faber rejicit in id, quòd Sale volatili scateat, ex quò si spiritus præparetur, habebitur Epilepsie arcanum infallibile. Vid. apud alleg. autorem per totum cap. & Epicrisin Fr. Redi. p. m. 142.

## II.

*Cancrorum lapides*, vel Oculi, communiter vocati, quid sint? Lippi quoque & tonsores dicent. Ideò nullà demonstratione opus est. Virtus illorum potissimum est diuretica & traumatica, quam præter usum quotidianum, & vulgarem hinc inde videre potes in *Helmontio*. Et quoniam sanguinis acorem ubivis corrigunt in corpore, quin cordiale summum sint, dubito nullus. *Vide Worm. p. 248.* Veteres Temperamenti statuerunt esse frigidi, & ob id hypnoticis adnumerarunt; Ast effectus non respondet rationi. Ergò neque frigiditas tanta competet illis. Cæterum diu quæsitum ex Physicis, quem in finem isti lapides in Cancris reperiantur? An crustarum generationi inserviant? uti plerumque affirmatur, præsertim à *Wepfero*, adducendo sectionum observationes, his verbis: *Quò mollior in Cancris crusta, eò perfectiores lapilli, quo duriores, eò imperfectiores sunt & magis absumpti, aut quasi corrosi, ita, ut tantum accretum crustis esse videatur, quantum imminuti sunt lapilli.* Vid. *Gammario-*



*marolog. Sachsii p. 468. Helmontius in 200. Cancris dissectis adnotavit, quòd vetus cancrorum ventriculus absumatur planè in mucilaginem alimentariam, ut & lapides isti, qui prorsus resoluntur, & ob id contingere, quòd cancer tamdiu nihil edat, quamdiu isti lapides in ejus ventriculò sint. Locum istum ex Helm. c. 7. de Lithiasi p. m. 703. a. b. allegatum vide in Worm. p. 59. 60. Quæ observationes quodammodò videntur contrariari plebejorum curiositati: siquidem in regione montana (im Ober-Lande) ubi saginantur Cancris carotâ luteâ, vel carne gallinarum, lapides istos dimittunt insolita magnitudine, ut colore gemmam Turchesiam representare videantur. Decisio in naturalibus tam facilis non est, & ut plurimum sensus nostrî decipiunt nos, præsertim in perscrutandis actionibus naturæ.*

## III.

*Cervi cornu notum ubiqve est, tam ratione faciei externæ, quam virtutis alexiteriæ. Præstant vero cornua cervi novella, sanguine adhuc succulenta, Typham (vide Diosc. L. 3. c. 133. ubi Typha denotat arundinem palustrem) præsentantia, è quibus etiam ∇. præstantissima elicitor. Deinceps Subulorum cornua (si haberi possunt,) prærogativam obtinent. Habent enim cornua sine ramis (Enden) & quasi contorta videntur instar cornu monocerotis: unde Bellon. l. 1. obs. c. 5. p. 38. Strepsiceros vocatur, & Brunsvicensis Medici in Pinace medicamentorum men-*



tionem fecerunt cornu Subalonum Spagyricè præparati. Reliqua facilè haberi possunt ex Autoribus, & in specie *Hoffm. Paral. p. m. 651.* ubi refertur, quòd prima cornuum rudimenta principibus in mensa persvadeantur. *Fr. Red. p. 162.*

## I V.

*Rhinoceros* animal à *Bontio p. 15.* & *Neuhoff. in Descript. R. S.* graphicè descriptum est, *p. 370.* ad eò, ut mireris illorum relationem, qui bestiam hanc scutis in dorsò munitam esse scribunt; reverà sunt plicæ rugosæ pellis, quæ tales clypeos mentiuntur. Quales rugas etiam videmus in Elephante, sed eminentiores in Rhinocerote; de moribus hujus animalis vid. *ad leg. autores.* A speritate lingvæ hominem subjectum usque ad internecionem lingit, *ut Neuhoff. p. 371.* ex *Bontio* hoc notat: aliàs innoxium est, nisi lacessitum fuerit: Cornu Rhinocerotis in demonstratione vobis exhibitum fuit, cujus vires æstimantur in communi supra virtutem monocerotis, & habetur hîc locorum facilè rasura ejusdem, ut & Gelatina Rhinocerotis egregia. Verùm quid est apud *Juvenalem*, *magnò Rhinocerote lavari?* Explicatio erit facilis, si recordaberis, utensilia varia atque gutturnia, ex Rhinocerote à Mechanicis fuisse confecta. Præter ea nihil ampliùs de Rhinocerote constet, nisi quæ communiter, & magis fabulose de *Sanguine, Pelle, Cornu & dentibus*, adducunt, quæ tamen omnia strenuè, ut solet, refutat *Fr. Redi l. c. p. 140. 141. 142.*

V. Cra.



## V.

*Cranium humanum*, quod medicis usibus destinatum, debet esse hominis, violentâ morte extincti, quale ex nuperrimô bellô Hungarô-Turcico tunc temporis accepi. Aliàs crania è sepulchris eruta, ob situm contractum, item cariota ex lue venernâ (qualia in Anatomicis sæpiùs videre contingit) exulent hîc! Beatissimæ tamen recordationis ergò, adservatur adhuc *Illustriss. Herois Dizmanni* Cranium in Fisco Academiae nostræ, qui à Monacho sicariô hîc Anno 1280. confossus fuit 8. Kal. Jan. quamvis hoc alii asserant esse factum, Anno 1310. Pocula ex Cranio humano vid, ap. *Salm. in Panc. l. 2. p. 114.*

## VI.

Dentes Piscis *Carchariæ*, seu Cani marino, sunt 244. de quarum naturâ, vel usu, ingens est controversia inter Naturalistas: hinc quærent, an *Glossopetra Melitensium* idem sint cum dentibus prædicti piscis? affirmativam defendit jam *Fabius Columna Lynceus*, in dissertatione de *Glossopetris* p. 231. quâ ostenditur, *Melitenses Linguas serpentinae*, seu *Glossopetras dictas*, non esse lapideas, sed osseas, & *Carchariæ dentes*, maris æstu olim Terrâ tenui, & lutosâ obrutos. Ejusdem sententiæ quoque Cl. est *Steno*, in *Anat. pisc. Carch.* quamvis in conjectura sextâ p. 130. in hæc erumpat verba: nihil obstare videtur, quo minus animalium partibus similia corpora, quæ è Terris eruuntur, pro animalium partibus habeantur. Optimus arbiter



est *αὐτοψία*, quâ constat: Dentes Carchariæ piscis esse naturæ ossæ, Glossopetras autem Lapideæ substantiæ. Nec obstat opinio *Bocconis p. 314. seqq.* licet enim verum sit Dentes Lamiaë cremari, & limari posse, attamen non verificatur hoc de Glossopetris, utpote quæ nec cremari, nec limari possunt, duce *Experientiâ*. Idcirco, utique distinctum quid sunt Glossopetræ à dentibus piscis carchariæ. Porrò duplicis sunt generis Glossopetræ crenatæ, & non crenatæ, eâ videl. varietate, quam in reliquorum lapidum v. g. Priapolithi, Hysterolithi, formatione observare solet natura. De usu medico horum Dentium, ac Glossopetrarum, altum adhuc est silentium: nam quæ habet *Niderstedius in descriptione Insulae Maltae p. 25.* illa fabulis referta sunt Pontificiorum, ac sublestæ fidei, ideò meritò de tanta virtute alexipharmaca nobis erit dubitandum, donec Experimenta certa, Praxique stabilita, nobis obvenient. *Vid. Worm. p. 271. 272. & Schott. in Physic. Curios. &c.*

## VII.

*Hippopotami* effigiem sub nomine Phocæ, vel Lupi, aut canis marini vide *in Worm. p. 209.* Dentes *Hæchsteterus in observ. part. 2. decad. 4. Casu 2. p. 95.* peculiari ratione contra fluxus uterinos commendat, adeò, ut Monocerotis cornua, superet. Nobis est peculiare ingrediens in Magisterio Epilepticò, nec mireris, dentes animalium in Epilepsia adhiberi, quia puerorum Epilepsia, fere



fere semper ab odaxysmo provenire consuevit. Vid. Worm. p. 289. 290. & ad Schræt. l. 5. p. 327. ubi laxidem *Manati* aliquo modo dentem referentem ( *Sehuh = Zahn* ) descriptum reperietis, cujus facultas decantata in Colica, & Nephritico, calculique dolore sedandô. Quæ alioquin, de virtute sanguinem stitendi tribuunt physici Dentibus Hippopotami, vid. in *Redi p. m. 98*. An vero homo, vel quodcunque aliud animal congelato sanguine ( quæ virtus ab applicatione Hippopotami dentis pervenire creditur ) in ventriculis cordis, vivere possit? id considerandum illis relinquo, qui ratione pollent.

## VIII.

*Elephantis* dentes ( *Hoffm. paralip. p. 652. cornua*, quibus tamen *Elephas* destituitur propriè, subintelligit ) *Eboris* nomine officinis venire, notum est in vulgus: quâ ratione? me latet. An à barriendo ebur derivatum fuerit? non inquiram: siquidem me, ut medicum, nihil juvat; multò minus sciscitari volo, cur *Spodium Arabum* fuerit dictum? Siquidem cum *Garz. pag. 48. & Hoffm. l. 2. c. 129. p. 392. §. 15. autumo, subesse manifestum errorem. Spodium Græcorum* esse Cinerem Tutix, vel cadmix fornacis, constat, ex *Hoffm. l. c. Worm. p. 135. & Bont. in Garz. p. 14. 15.* Hoc ipsum *Spodium Græcorum* quoniam usui tantùm externo erat dicatum, hinc Arabes, vel excogitare quoque voluerunt *Spodium pro usu interno*, & præpararunt varia *antispodia* ex Cineribus arborum, & Plantarum variarum, inter



quæ antispodia primum fuit Alkannæ ra-  
 dix, vel Cannæ combusta. *Schræet. l. 3.*  
*p. 460. Hoffmannus p. 392.* Reliqua *Antispodia* vide  
 in *Matthioli Dioscor. p. 656.* Hæc ipsa Cannæ ra-  
 dix combusta, quoniam apud nos, & antecessores  
 nostros haberi non potuit, substituerunt oscitan-  
 tes pharmacopœi *Ebur ustum*, Spodii Arabici no-  
 mine, quod tamen refutavit *Garz. Horstius in Dis-*  
*pens p. 229.* ut & illos, qui malè Tabaxir Spodi-  
 um intrepreati sunt; vel iidem Arabes *Spodium*  
*Græcorum* habuerunt pro veneno. Hinc *Anti-*  
*spodia* vel Antidota pompholygis excogitarunt,  
 quæ resistent facultatibus infestis pompholygis.  
 Ob id Ebur, si antidotum est, potius est Antispo-  
 dium, quàm Spodium. Verum enim verò nec  
 Spodii, nec Antispodiorum tam sollicita cura  
 habenda est. Etenim Spodium Græcorum uni-  
 cum est, & confundi facilè nequit. Internè nun-  
 quam sumitur ex proæresi, multò minùs *Tro-*  
*chisci de Tutiâ* internè adhibentur. Quâ itaque  
 de causa antispodia tam anxie quærentur? Ideò  
*Trochisci de Spodio*, & quæcunqve sint tandem  
 Arabum compositiones, quæ Spodium recipi-  
 unt, rectius ab Ebore denominantur, quàm à  
 Spodio; quoniam Ebur non denotat. Spodium,  
 nec Spodio Græcorum resistit: & hoc posterius,  
 sc. Spodium Græcor. usui interno dicatum est  
 nunquam. Tantæ lites subortæ in officinis de  
 unicâ voce Spodii! quas Interpretes, si Græca  
 intellexissent, præcaveri potuissent. Nam Ebur  
 quamvis ustum aut spagyricem præparatum,  
 nullâ



nullâ ratione audit Spodium (hoc enim est propriè pompholyx) nisi Spodium generaliter accipere velis pro quolibet pulvere, cinere, vel Alcohol. Quòd si pompholyx, Tutia, vel Cadmia ex improvise adsumta fuerit, tunc ad Antidota (Anti-Spodia) confugiendum: inter quæ an Ebur reponendum præcisè? experientia erit consulenda.

## IX.

*Ossa Cordis Cervi, Hirsch, Kreuzlein.* Arteriæ in corde Cervi dicuntur tempore turgescentiæ (wenn sie auf die Brunst treten) in osseam duritiem degenerare; quæ adfertio non quidem est impossibilis: quandoquidem *Riolanus* notavit, alicui furi arteriam asperam naturâ planè osseam fuisse, & ideò suspendium pati non potuisse. Pariter *Ambros. Paræus in Capite, de Aneurismate*, refert, arterias, potissimum cœliacas, osseas fuisse redditas. Ast ut hæc videntur possibilia, *Plempius tamen* hoc de Ossibus Cordis Cervi vel Boum negat p. 128. sed ex institutò naturæ reperiri ossa talia circa exortum arteriæ aortæ, in eò pariete, ubi respicit venam cavam, & observari in ipsa substantia cordis carnea, eum in finem, ut eò firmiter aortam nectat ad cor. In hominis corde nunquam, vel rarò reperitur. Interim idem observavit, in senioribus locò dictò deprehendi duriusculam substantiam, & veluti neurochondrodea. De cæterò utrum ossa, quæ in officinis pro ossibus C. C. venduntur, semper sint genui-



genuina? non immeritò dubitatur, quia in vitulis etiam reperiuntur. Hinc *Plempius l. c.* pleraq; ossa Cord. Cerv. putat esse ossa hyoidea: Figura enim iisdem ferè eadem est. Præstant itaqve in casu tam dubio ebore vel C. C. uti, aliàs, si genuina hæc sunt ossa, dicuntur malignitati mirabiliter resistere, abortum præcavere. Quibus de causis etiam recipiuntur in Conf. Alk. vid. *Eich. stad. de Conf. Alk. c. 16. Steno d. M. & Gl. p. 28. 29.*

## X.

*Os Cranii humani triquetrum*, quod circa occiput, vel futuram Lambdoideam invenitur interdum, thesauri locò habetur, pro debellando morbo caducò. Sunt, qui hoc os planè negant, quos interfuit *Thom. Erastus*. Sed refutat hoc *Sennert. l. 1. Prax. & Beckerus in specie in Spagy. Microc. p. 236.* Invenitur rarò, & nullius peculiaris effectus. An siccando, vel discutiendo vaporem, sanet Epilepsiam, uti *Hoffm. p. 649.* vult? hæreo mecum, & remitto has cogitationes ad *Empiriam Curiosorum.*

## XI.

*Priapum Ceti*, longitudine 4. ulnarum, videre ut plurimum licet: ex quo colligere est, animal hoc esse viviparum, contra quosdam antiquitatum tenaces. *Vid. Schott. in Curios. Phys.* In officinis decoctum priapi ceti, contra Dysenteriam maximè valere creditur, quamvis ego præferrem opiata. Rasuræ quoque Priapi Ceti, Cervi, tauri, ingrediuntur *Electuaria*, contra impotentiam

am



am *♀ream*, prout in *Electuario Magnanimitatis August. p. 465.* priapum tauri & cervi receptum videbis. Fundamentum hujus rei desumendum ex potentiâ animalium prædictorum, quamvis satis debiliter. Hinc *Helmontius in Tr. Pleur. fur. p. m. 321. b.* irridet Scholas, quòd virgam Cervi pro frigidis commendent, eò, quòd fit fera salacissima! Verùm oblitus fui in *Tr. de conceptis p. m. 487. a.* virgam cervi laudat in ideis per libidinis suggestionem enatis; unò verbò: Nisi *cætera fuerint paria*, nec ceti, nec cervi priapus te aliquid juvabit in venere; nam

*Carnis ad officium, carnea membra placent.*

Et quadrant huc apposite verba *Nobiliss. Redi*, quæ loco *Epicriseos p. 168. de Nidis avium Coccinæ, attulit: Nimis profectò sibi blandiuntur, qui in tali Medicamento spes suas ponunt: quod si mihi non credunt, periculum ejus rei faciant, ut jam antea in simili occasione fecerunt nonnulli:*

## XII.

*Asini sanguis* specificum Melancholiæ, vel Maniæ creditur juxta *Hartm. in Praxi Chym. p. m. 55.* Sanguis ex venis, quæ post aures asini sunt, extrahitur & excipitur linteolis nudis, nulli usui antea dicatis, atque sic exsiccat. Ex his laciniis cape quantitatem 2. digitos latam, & unum pollicem longam, macera in  $\nabla$ . fontanæ haustu, donec color exeat: hanc  $\nabla$  amda epotandam talem morbum passo, triduo integrò, manè semel,

&



& quantum ejus fieri potest, sudorem evoca, qui hoc sanguine sumto, copiose prodire solet.

## XIII.

*Hirci Sanguis* quomodo præparetur, vid. in *Dispensat. Helmontius* peculiarem præparandi modum in *Tr. Pleur. fur.* describit p. m. 322. a. qui à communi, piceo colore, & duritie differt. Hic extinguendo acciditatem, dolorem lateris placat, ut ipse *loc. cit.* scriptum reliquit. Insuper *Dioscorides cap. de terrâ Lemn.* refert, quod terræ Lemniæ vel Pastillis ex eadem paratis admixtus fuerit. Quod ipsum *Hoffm. in Paral.* p. 663. re futare intendit (1.) capræ impressione à Sacerdote factâ: (2.) quòd *Galenus* in Lemno de Sanguinis Hirci admistione nil quicquam audierit. Verùm ad posterius respondet *Bellon. cap. 1. obs. 29. p. 69.* quòd ea consuetudo, Galeni tempore defierit: & alia terram fodiendi & præparandi ratio cœperit: quam p. m. 69. 70. prolixè describit; Ad prius, concedendo impressionem signi Capræ. Sed insuper addit historiam, vel potius superstitionem Græcam, quæ rem totam quodammodo illustrare videtur. *Ceremonias in terra sigill. variis modis fuisse adhibitas, certum est, illique pro ætatum ratione, diversa signa fuisse impressa.* Nam *Dioscoridis* ætate, qui diu ante *Galenum* vixit, hircinus sanguis pastillis formandis admisceri consueverat. Unde colligere licet, quasdam ceremonias fieri solitas, dum occidebantur hirci, Veneri sacri, quæ, ut narrant fabulæ, efficiebat, ut *Le-*



mini mulieres Hircum olerent: cujus rei causâ à vi-  
ris despecta unô consensu omnes insulæ mares truci-  
darunt. Inde factum, ut sacerdos pastillos capræ  
sanguine signaret: hinc nomine græco σφραγίδα  
αἷου, i. e. sigillum capræ appellaverunt. Quoni-  
am vero capræ & Hirci vulgò in insula immolaban-  
tur, eorum sanguis terræ admiscebatur. Hæc Bel-  
lonius! Quod si verum, terra Lemnia non ampli-  
ùs inter simplicia, sed composita, referenda, &  
in pleuritide, si adhuc misceretur eidem sanguis  
hirci, commendanda.

## XIV.

Zenith juvenularum hûc quoque referendum,  
attamen sine scandalô, & abusu præpostero. Quid  
enim in peste, Epilepsia, Erysipelate, lacinia sangvi-  
ne menstruô imbuta præstent, multi haud dignè  
deprædicare valent. Hinc Croll, quoque Zenith ju-  
venularum Zenexto suo contra pestem addit:  
Vid. Basil. p. 314. 316. Reliqua, & specialiora in  
Schræt. p. 588. & specialissima in medico micro-  
cosm. Beckeri p. 41. 42.

## XV.

Secundinæ vel Devteria quid sint, norunt omnes  
Studiofi Medicinæ procul dubio. In gratiam  
vero pharmaceutices studiosorum addo, quòd  
secundinarû nomine comprehendatur, placenta  
uterina, tunica Chorion. Amnios, allantoides, &  
denique vasa umbilicalia resecta. Hæc invicem  
juncta vel sumta, secundinas constituunt. Quæ  
ipsæ præparatæ, in δυσoxiæ pro foetu & secundi-  
nis



nis pellendis, in pulvere & spiritu exhibentur, ut & contra philtia. De quibus omnibus potest prolixius videri *Hartm. p. m. 60. Schræt. 208. & Beck. in Med. microc. p. m. 44. & seqq. c. 8.*

## XVI.

*Castoris testiculi* in officinis pharmaceuticis *Castorei* titulò veniunt, sed impropriè: quandoquidem jam *Hoffmannus* notavit, *Castoreum* esse liquorem melleum, cerosum, oleo non dissimilem, qui emanant ex conceptaculis vel vomicis, quas *Fiber* sub, vel in inguinibus habet. Hunc *Castor* sæpè lambendò exhaurit, & eò ungit partes, quas contingere potest. *Vid. quoque Petr. Castell. in Hyenâ odorif. p. 49. c. 7.* Huic sese opponit *Charasius*, demonstrando, quòd bestia illius testiculi, *castoreum* illud sit, cuius virtus in medicina adeò celebris est: quamvis ex observatione quadam anatomicâ concludat: Testiculos à vesiculis illis *castoreum* continentibus, multum diversos esse. Credimus hoc; sed propter defectum veri *Castorei* cogimur uti *Castoris testiculis*, quos putarunt veteres, ab ipso *Castore*, quando à Venatoribus petitur, amputari, & lytri locò relinqui: sed fabulosum est, & refutatum à *Pancir. p. 36. Hoffm. p. 654.* non tam propterea, quod ipsi testes spinæ admodum inhæreant: sed potius, quòd dentibus illa loca interfœminea, vel perinæi accuratè attingere & citra insignem Hæmorrhagiam, ac vitæ periculum abrumpere nequeat. Usus *Castorei* frequens est in adfectibus  
capi-



capitis, nervorum, peste, venenis, doloribus, uteri passionibus, & præprimis Oleum, Essentia, Extractum, ipsum etiam Castoreum, sed sine distinctione nunquam: Quibusdam enim foetor plus incommodi excitat, quam levaminis. Ideò medicus & in tali casu cautum se gerat oportet!

## XVII.

*Equi testiculi* an usum aliquem singularem obtineant, vix recordor; Interim occurrit mihi, quòd ingrediuntur *pulverem Augustanorum contra dysoriam*, sub nomine *hippos-orcheos*: pro quibus, si propter ingratum saporem, & odorem reformidantur, substituere potes pulverem *Sabinæ*. Interim qui *genitalia, testiculos apris, vulpis, arietis, vulvas quoque leporis, scrophæ &c.* ad avertendam sterilitatem, in formulis medicis redacta legere desiderat, ille haud gravatim *Gynecæum Corbei in l. 2. c. 2. p. 197. seqq.* hinc inde evolvere potest. Ego in §. de priapis meam qualem qualem adjeci epicrisin. Credo multa: sed hoc non. Quilibet sensu suo abundet!

## XIX.

*Unicornu animale*, ad differentiam *fossilis*: & vegetabilis, quod in *Siliqua oxytriphylli* est conspicuum. Animale iterum duplex: Terrestre & marinum. An destituamur *unicornu*, quod descriperunt veteres, liquidò non constat: videtur tamen quòd sic, quia Veterum erat nigrum, nostrum autem candidum est, uti probat hoc *Bellon. l. 1. obs 14. p. 36. 38.* Quæ tamen ratio à colore petita, non semper quadrat;

M

modò



modò vires in cornu convenient. Animalia u-  
 nò cornu prædita sunt (1.) Oryx bisulca vel stre-  
 pficeros (2.) A sinus Indicus, solidâ ungu-  
 lâ (3.) Rhinoceros (4.) Monoceros, propriò nomine a-  
 pud nos adhuc carens. Dico apud nos. Nam  
*Ol. Worm. p. 287.* addit, quod ab Africanis Tore-  
 bina, i. e. animal cornutum adpelletur: (5.) Pi-  
 sces varii monocerotes, quos in *Obs. Tulp. &*  
*Worm. p. 253.* descriptos vide. Jam quis hæc cor-  
 nua ratione notitiæ, vel figuræ externæ, vel etiam  
 ratione energiæ, discernere valet? Nihil nunc  
 dicam de factitiis monocerotibus, quæ ex calce  
 & aliis rebus ad formam cornu efformantur,  
 quorum meminit *Primeros. in L. IV. Error. Vulg.*  
*in Medic. c. 38. p. 457.* Quid fiet de frustulis cor-  
 nuum? quæ sepè nomine monocerotis offerun-  
 tur, & tamen nihil sunt aliud, quàm ossa balænae,  
 equi marini, Elephantis dentes, qui juxta *Carda-*  
*num* artificiò ita seqvacia reddi possint, ut mono-  
 ceros mentiantur. Hinc notante *Primerosio*,  
 non tam cornua, quàm eorum effectus debent  
 considerari. *Κεπήρα* vero genuini monoce-  
 rotis vid. in *Worm. p. 286.* & potissimum est, ut  
 vincat venenum adsumtum. Nam sudor ipsi-  
 us cornu non sufficit ad bonitatem legitimam,  
 nec aranea in circulo, ex pulvere monocerotis  
 factò, constanter aliquid probat & concludit pro  
 legitimò Monocerote. *Vid. Primeros. l. c. p. 463.*  
 Hinc *Paræus* improbat consuetudinem illam, quâ  
 pateræ regiæ in Gallia frustulum Monocerotis  
 impo-



imponunt, ad experiendum, utrum Epulæ venenô infectæ sint? unô verbo: *Quodcunque cornu veneno resistit efficaciter, seu monoceros, seu polyceros sit, hîc considerari, & hîc referripotest*: quandoquidem sunt quidam, qui omnibus cornibus, etiam boum, vim inesse quandam salutarem statuunt. Ideò ex cornibus bibebant veteres: unde deductam nomen *κεράσια, κεράτης &c.* Plura de Monocerote vide in *Bartholin, Matth. Bont. Deusing. Redi p. 143. seqq.*

## XIX.

*Vituli, Vulpisque pulmones, nescio qui præ cæteris expetiti fuerint à veteribus in affectibus pectoris. Nulla enim subesse videtur efficacia. Quare Hoffm in Paral. p. 649. perstringit eosdem, & magis Helmont in Tr. Pleur. fur. p. 321. a. b. his verbis: Illinctus præscripsere, non quidem ad causæ remotionem, verùm ad faciliorem sputorum expectorationem, Illinctus nempe ex Farfarâ, è pulmone vulpis &c. Nam cum hoc animal penè sit indefessum, putarunt (nam extra putationem deficit Scholis autoritas valida) quòd moriens suo pulmone legasset remedium sanandi suspiriosos, licet viscus spinæ (doloris) in nobis autor remaneat malè adfectum, superstite apostemate, pus comminante. Pariter namque, atque de Loch de pulmone Vulpis dixi, commendant in Paralyti cerebrum cuniculi & leporis, quòd veloci sint cursu, virgam cervi pro frigidis, eò, quòd sit fera salacissima. An ergò si rusticus manum fidicinis coctam comederit, fortè testu-*



*dinem pulsitet artificiosè? At requirunt Scholæ, ut tractim deglutiantur Eclegmata, ideoqve illinētūs nomine dotata, ut ad locum tussis remedium materialiter descendat. Miror interim, cur Loch sanum pariter non paraverint ex caudâ Equi, totâ estate verrendis muscis agitata? Idem iudicium tulit Hoffm. in Paral. p. 650. de Intestinô & Epate Lupi, ut & de interiore tunicâ ventriculi gallinarum, quæ ad hoc cap. etiam communiter referri solent.*

## CAPUT IV.

DE ALIIS, AB ANIMATIS  
DESUMTIS?

## I.

**Æ***Gagropili, vel Ægagropila, præ reliquis in hoc capite considerationem merentur, & ex nomine facilè ejus natura haberi potest. Videl. sunt globi ( lapides minus propriè ) oblongâ, rarius rotundâ figurâ conspicui, tantum in primo & secundo ventriculi ( qui venatoribus bursa audit ) dorcadum, aut rupicaprarum loculô generati, ex triplici substantia quasi compositi: quarum interior gemina, aut fibras radicum, aut filamenta & cauliculos plantarum succo concreto, & exsiccatione in pulverem subtilem facessente, compacta refert. Exterior coriaciam cutem, interdum tamen lignosum corticem quendam, rarissimè crustam lapideam æmula-*



mulatur, coloris ut plurimum aut cineritii, aut nigri, aut etiam ex luteo obscuri, magnitudinis variæ, ponderis, etiam si maximi habentur, levis-  
 simi, Germ. *Gemsen-Rugeln* / *Gemsen-Stein*.  
 Laudantur potissimum in partu difficili, & in omnibus ferè morbis malignis: prout in specie de *Ægagropilis* tam quoad usum, quàm abusum scripsit ex professo *Georg. Velschius*, quem vide, ut & *Zwælf. Append. ad Pharmacop. Aug. p. 89. 90. Worm. p. 61.*

## II.

*Ægagropilis* simillimi sunt, ipsò iudice *Velschio p. 6. Tophi juvencarum & boum*, in hoc tantum differentes ab *Ægagropilis*, quòd ex pilis bovinis compactis consistunt, *ægagropilæ* vero fibris plantarum, vel radicum Alpinarum: *Gvil Piso L. V. Nat. & Med. H. p. 327.* iudicat, hos tophos generari, quando boves, pruriente cute, dentibus sibi pilos evellunt. Hi ab omasò digeri nequeunt. Tandem in massam coguntur rotundam: unde anhelosi quoque atque asthmatici incedunt. *Vid. Worm. p. m. 60.* Singulare remedium dicuntur esse parturientibus ægrè, ast cum hac exceptione, juxta *Plin.* si tellurem non attigerint. Sed apage! Quæ namque ratio probabilis, ob quam vires suas amittant, si terram tetigerint? Nulla. Ergò si juvant, in tali casu exhibendi, licet *Piso* internum usum ejusmodi rursus pilosæ pro sistendis fluxibus Sangvinis reformidet, adhibendò externum in Emplastris



tantum, eò exemplò, ut adhibentur pili leporini. Videmus tamen in Loch de portulaca, pilos leporinos interno usui dicatos pro curanda hæmoptysi. Ast quam benè?

## III.

*Bezoar lapis*, famâ omnibus est notus, re paucis. Capræ Indicæ vel Persicæ, in quarum marsupio isti lapides non sine dolore gestantur, & inveniuntur, nō absimiles valdè sunt Europæis, nisi quòd habeant erecta & longiora cornua, & versicolores sint, instar Tigridum. Locus, ubi degunt, communiter est in *Persia*, *Lara*, quæ est Emporium in occidentalibus montibus regni Peruvianii. Herba, qua istæ Capræ vescuntur in locis montanis, est croco & Hermodactylis admodum similis, uti *Bontius* hoc probat p. 44. & 45. *Garz. c. 45.* In communi Orientalis præfertur. Ast nec Occidentalis prorsus rejiciendus. Is enim quia tam sæpè non præscribitur, tam frequenter etiam non adulteratur: & idcò de efficacia ejus non desperarem ego. Vires ejus, si genuinus est lapis, sunt contra omnia venena, etiam externè adhibitus, adeò, ut quibusdam ob id audiat medicamentum regium: *Vid. Christoph. à Costa p. m. 284.* & hoc quidem non tantum propter virtutes egregias, sed etiam ob horum lapidum raritatem. Ast unde hodiernò tempore tanta illorum copia? vel quænam sunt ejusdem notæ & characterismi, quibus à falsis, vel adulterinis distinguuntur? Nota exacta, si effectum præscide-

ris,



ris, nulla dari potest, nec discrimen adulterati vel falsi à naturali: Siquidem autopsiâ teste, adulteratus à verò, si sensum attendas, differt nihil. Hinc probationes, beneficio Aquæ & calcis, quas Garzias, & in eum Bontius p. 42. 43. habet, sunt fallaces, & in factitiis sæpè veri nota deprehenditur. Pariter characterisimi, quos habet Worm. p. 111. & Salmuth in Pancir. p. 120. 121. non indubitatae sunt veritatis. Tàm fallax medicina est lapis Bezoar! Hinc stare à partibus Zwælferei, qui in App. ad Animadvers. Pharm. Aug. p. 90. ita infit: *His rationibus ductus, persevero in mea concepta opinione, lapidem nimirum Bezoar Orientalem maximâ ex parte esse adulterinum, factitium ab Hebræis fortè Lusitanicis singulari arte aut favritie ex plantarum magisteriis p. 88. 89. 90. descriptis, corticetenus, & per juxtapositionem conflatum, atque perpoliando suo orientali lustro vel colore ornatum.* Accedit, quòd virtutes ejus tantum sint hyperbolicæ ac portentosæ. Siquidem Bontius, mille experimentis edoctus, tantas in eò non invenit, quantæ vulgariter ipsi adscribuntur. Multum tamen situm est in dosi; non enim ut Primerosius l. 4. c. 36. expressè docet, ad grana aliquot, sed ad ʒj. erit præscribendus, verum quis juxta precium Catalogi, hoc Lapide in Medicina frui poterit? Mihi in usu frequenti est occidentalis: tàm carus non est, atque Orientalis, & ratione bonitatis ut plurimum cum priori certat. Reliqua vide in



Autoribus cit. vel ex Praxi observa adcuratiùs. Ut & quæ habet *Fr. Redi*, de variis Lapidum speciebus: & maxime, quæ refert *Monf. Bocco de Lapide Bezoar Minerali seuulo*, hinc inde.

## IV.

*Lacrymam Cervi*, quæ post centesimum annum in oculi cantho adcrefcit, quidam pro lapide Bezoardico substituunt. Ast dubitatur de hac, quia fabulosum est, quod scribunt de Cervis & Serpentibus in communi, præprimis, si attendere velis, quæ *Theomnestus*, veterinariorum autor, scripsit, Cervos vermes intestinorum involucris implicatos, serpentum esu enecare, quos è cavernis, narium spiritu eliciunt. Insuper nemo vidit talem cervi lacrymam. Quid E. de usu nobis constare potest? *Vid. prolixius Matth. l. V. in Diosc. c. 73. & Salm. in Panc. l. 2. p. 117. 118.*

## V.

*Malacensis lapis*, in felle histricis repertus, supra vires Bezoar æstimatur à *Garz. p. 168.* cui *Bontius p. 47.* porcinum adjungit, in Cholera frequentissimi apud Indos usus. Tantoperè enim ibidem timetur, atque in Hollandia pestis. Nec mirum, si causas atque symptomata intueri velis. Quoniam vero abortum & menses provocat, ab eò in tali casu abstinendum. Laniones etiam in nostris porcis lapides excindunt: an verò hujus efficaciam? nondum licuit experiri.

## VI.

*Calculi vesicæ humane*, cur tam vilescunt apud nos?



nos? cùm tamen homo sit animal omnium nobilissimum, & delicatissimis cibis utatur. Quis itaque vellet dubitare, quin aliquò effectu sint præditi. Nam *Bontius* probat, p. 47. 48. quòd præ cæteris sudorem & Æam moveant, & pesti egregiè resistant. Probat insuper, quòd eandem eum lapide Bezoarticò structuram, & externam superficiem habeat. Videfis, *Helmont, Tr. de Lithiasi.*

## VII.

*Album Græcum* (*Matth. in Herbar. p. 114. solte album Dreckum heissen*) peregrinò nomine excrementum canis palliat, quod aliàs flores Melampietiam solent adpellare. Dicitur *album Græcum*, ad differentiam nigri Græci, quod est *Mulcerda*, quâ in Odontalgia utuntur formâ pilularum, uti habet *Mizaldus*. Album verò Græc. multum præstat interdum in Febris abigendis Tertianis & Quartanis. Vide *Medicinam Stercorariam Job. Dav. Rulandi passim.*

## VIII.

*Cera, propolis & comosis* quomodò differant inter se, vide in *Plinio & Diosc.* Nos tantùm consideramus eam, quatenus est superfluum, & crassior quædam pingvedo mellis, Emplastris atque Cerotis inserviens. Quâ occasione *Cera Catholica Franc. Job. Burrhi* occurrit, quæ subacta erat veriis gummatis, ut *Opopanace, Galbanò & Sagapeno*, tam ad internum, quàm externum usum. De priori tamen tanquam molesto, pro-



pter masticationem ceræ, anceps sum : siquidem si gummata internè velim usurpare, præstò nunc sunt alia, v. g. *Essentia Galbani* in affectibus uterinis. An verò in externis *Cera catholica* mira præstiterit, altum est silentium, uti nunc de ipsò Burrho.

## IX.

*Cingulum ex Corio humanò* mulieres in difficili partu maximè adpetunt, ventrem ligando, vel etiam post partum, matricem sedando, vel placando : ut reliquos adfectus taceam, in quibus prodest. *Vid. Medic. Microc. Beckeri p. 174.* ubi tamen cautelâ opus est, ne ligatione violentâ majus sibi accerfant imprudentes periculum. Nisi enim DEUS juvet, nulla violentia educet partum vivum, vel ad nostrum votum. Cæterùm quâ ratione pellis humana collo adpensa, *Aplexiam* curaverit, *vid. in Fern. l. 5. c. 3. p. 76.* qui prodiit cum *Notis Heurnii.* Rationem horum effectuum habeo nullam aliam, nisi quam habet *Helmont de Gulone Tr. de Magn. vuln. curat. p. 618.* a. his verbis : *Nonne concepta lupi cum ovibus inimicitia in eorum pellibus remanet ? Quocirca nedum phantasia animalis in cruorem imprimitur post obitum pervicax : Verùm etiam quicumque stragulis & pelle gulonis ( animal est in Sveciâ frequens & voracissimum, Bielfraß ) contegitur, somniare cogitur continuò de epulis, voracitate, pro indole scil. viventis animalis, adeoque solò tegmine externo traducitur phantasia animantis quondam vivi, pellibus hospitata in hominem subter dormientem.*

X. Mu-



## X.

*Musculus Cranii humani* dicitur Arabibus *Usnéa*: quod ipsum nomen tanquam mysticum, etiam retinetur hucusque. Debet autem esse Craniorum interemptorum, aut suppliciorum summorum afflictorum. Nam ad nascitur quidem aliis etiam ossibus; verum longè viliores reputant, quamvis adstrictoria virtus non minor, atque usnéæ, insit. Opinio, quam *Goelenius* de *Usnéa* fovet, est inutilis, & in natura non fundata. Putat enim Spiritus vitales strangulatu in calvariam intrasse, & ibi tantisper manere, donec sexenniò abinde revolutò, sub dio usnéa succreverit. Hinc *Helm. Tr. de magn. vuln. cur. p. 602.* longè aliter sentit de eâ, his verbis: *Usnéa cranii semen cœlitus accipit, uterum autem & suum incrementum ex medullis mumialibus cranii humani & arcis Microcosmi.* Ideò non mirum, si insignes, & supra vulgarem vegetabilium sortem potestates obtineat astrales & magneticas. Quamvis nihil obstat, cur meo iudicio usnéa tectorum semen cœlitus accipere, & sic ejusdem bonitatis esse non possit? Vires autem peculiare possidet contra Hæmorrhagiam. Quâ de causa ingreditur etiam unguentum sympatheticum, & uti quidam volunt, *Lapidem Butleri*: de quò *Helm. in peculiari Tr.* Porro contra quoscunque fluxus alvi, uti hoc probat, *Schraet. l. c.*

## XI.

Nec minorum virium est *Lycopodium*, cujus meritò



meritò hîc mentionem facimus. Vid. *Ephemer. Germ. naturæ curios.* Pulvis impalpabilis, mens. Jul. & Aug. in eò repertus, instar auri fulminantis sonat, & si cum Ambrâ & Moscho misceatur, totum conclave fragrantiaâ suavissimâ repletur. Potissimum laudatur contra Calculum, quem conterere dicitur.

## XII.

*Fel Perdici* est omnium validissimum inter medicamenta detergentia ophthalmica, uti habet *Morell. p. m. 116.* Et in omni bile vitæ balsamum contineri, scripsit *Helmont. in Tr. de Sextupl. digestionem*, ex hâc ratione, quòd Salvatori nostro præbuerint Choloxycratum, (h. e. Essig mit Gallen vermischt) non quòd dolores mitigare, sed vitam protrahere, & cruciatus multiplicare voluerunt Judæi; quæ ratio absona non est. Vid. plura de bile flavâ apud Anatomicos. Fel Tauri inspissatum adhibetur in clysteribus pro stimulo. Cæterùm lapidem bovini fellis (de quo suprâ agere debuissemus) Turcæ diligenter inquirunt propter Icterusum. Vid. *Bellon. l. 3. obs. 46. p. 479. 480.*

## XIII.

*Hirundinum nidi* virtutem discutiendi obtinent. Ideò in Synanche pro Emplastro à Chirurgis expetuntur: nec desunt, qui pulverem Hirundinum combustarum per cannulam in fauces inspirant; an cum felici successu? dubito. qui enim Anginæ naturam novit, & tumorem, adeo-



adeoque viarum angustiam considerat, ex in sufflatione hujus pulveris facile tussim, & propter dyspnæam jam præsentem, suffocationem suboriri posse, pronuntiabit. Ideò Emplastrum de nidis Hirundinum tutiùs, si tali virtute gaudet, adhibetur.

## XIV.

Occasione isthâc revocantur nobis in memoriam *Avium nidi*, qui ex Orientali India cœperunt ad nos deferri. De quibus *Bont. L. 5. H. N. & M. 13. p. m. 66.* In tractu maritimo oræ Chinensis, *avicula parva discoloris, hirundinum specie*, certò anni tempore, ubi æstus prolificandi eas invasit, è locis mediterraneis ad mare in scopulos meant, & ex spuma maris basin scopulorum alluentis, tenacem, quandam materiam colligunt, sive ea balenarum, sive aliorum piscium sit semen, ex quâ nidos suos ædificant, & in iis ovaponunt, & pullos excludunt. Cæterùm Chineses hos nidos hæmisphæricos, & Ichthyocollam, ad spectu externò, referentes, è scopulis avulsos ingenti quantitate per Indiam venales ferunt gulosis in summas delicias, qui eas gallinæ seu vervecis decoctò dissolutos, avidè devorant, & Ostræis, fungis, & cæteris gulæ irritamentis longè anteponunt. Vid. quoque *Ol. Worm. p. 311.* Quidam putarunt, Tragacanthum, (quod juxta *Dioscor. l. 3. c. 23.* in doloribus nephriticis potatur) materiam hisce nidis præbere: Verùm *Caspar Schamberger*, civis & mercator hujus loci non postremus, hoc ex itinere Indicò refert, quòd in mari

repe;



reperiatur materia quædam glutinosa, viscida, vitâ (quia sese movere creditur) prædita, spermatis ranarum non absimilis, Indis Qval, vel Qvabbe marinum vocata, quæ nihil aliud esse videtur, quam, vel *Holothuria Plinii*, i. e. pisces vel aquatilia, minimum sensus & motus habentia, quæ cibis idonea non sunt, sed in littoribus neglecta jacent, de quibus scribunt recentiores, quod manus tangentis intollerabili calore afficiant. *Vid. Boet. in Dialect. 3. p. 9. 19. 80. 129. 130.* vel rectius, *Urtica marina*, quæ incredibili Natantium membra afficere solet dolore. Hac ab avibus conspectâ, rostris suis aliquid colligunt ex eadem, & inde nidos suos conficiunt. Ex ipso *Qval* confit, mediante sacchariferâ arundine, vinum adustum pro vulgaribus, Arac dictum: sed caput petit insigniter: Ideò virosum aliquid subesse credunt. Aliàs ipsum *Qval* exsiccatum instar glutinis vel gelatinæ, est pro confortando cerebro, & partibus genitalibus. Virtus autem excellentior est in prædictis *avium nidis*. Diluuntur ante usum per integrum diem in  $\nabla$ . tepidâ: postmodum coquitur, & materia, cum sit glutinosa, furculis decerpitur, & in villos abit, oleri discerpto (*Sauer-Kraut*) non dissimiles, tandemq; cû voluptate quadã, ut ajunt, devorantur. *Redi. p. 671.* Quid si prædicti nidi essent *Alcyonium Dioscoridis?* de quò ipse *l. 5. c. 94.* Ipsum enim *Alcyonium* adpellatur, non quòd fiat ex *Alcedonum & Cæicum nidis*, juxta Plinium, sed quòd



quòd alcyones super illud marinis undis simul congestum nidificent. Et hoc *Alcyonium* ex Lexicis propriè denotat spumam maris, levibus fordibus admixtis, concretam. Tantum; quæ nobis nota sunt de Nidis avium. Cæterum ego umbellis Dauçi silvest. vel pastinacæ, quæ pariter *Bogel-Nester* vocantur, ratione virtutis carminantis & per consequens, Erectivæ, pl9 tribuerem, quàm nidis Orientalibus, Tragacantho, vel Ichthyocollæ similioribus, cujus sententiæ quoque est *Redi pag. 167. 168.* De *Chocolata* scribitur, quod ex uncia una plus nutrientis Humoris extrahatur, quam ex libra una carnis bubulæ, quod tamen de nidis istis nondum constat.

## XV.

*Ichthyocolla* gluten est ex pisce *Ichthyocolla*, uti *Schottus* statuit p. 1356. quamvis *Schræterus L. 5. p. 329.* ex *Hufone antaceo* præparari putet. Gluten est colore album, ex piscis coriò, intestinis, ventriculo, pinnis & caudâ confectum: adhibetur ad gelanda jura (*Galerey oder Gallerey zu machen*) Beneficiò Sacchari excoquitur gluten flavum & translucidum (*Mund- oder Fisch- Leim*) Vinum quoque vappa (*wenn der Wein sich dehnet*) *Ichthyocolla* clarificatur: tandem quoque Emplastris emollientibus utiliter adhibetur.

## XVI.

*Mel esse Gloriam Roris cum Extracto Florum*, scite jam dixit *Helmontius p. m. 623.* Hinc Chymici quoque optima quæque seu Menstrua, seu  
Medica-



Medicamenta fuerint, ex eodem pollicentur. Hydromelitis ac Oxymelitis species vid. in *Dispens. Horstii p. m. 44. Quæ Lobelius p. 470.* habet de *Meteglin Anglorum*, & reliquis speciebus Potuum, vel Cerevisiarum commodius Zythopeptis, utpote quibus artificium braxandi, familiarius est, relinquimus.

## XVII.

*Moschus* in communi statuitur esse sanies, vel excrementum vomicæ inclusum, circa umbilicum capreolæ Dorcadis, quæ dum veneris cæstro percutitur, vomicam tunc temporis obortam, lapidibus vel obviis quibuscunque affricat, è quâ sanies effluit, lapidibus inhærescens, & calore Solis ulterius elaborata, in Moschum odoris suavissimi facessit. Animal ipsum descriptum est in *Neuboff. d. R. C. p. 69. & Salm. in Panc. p. 35. l. 1.* Alii contra optimum moschi genus è testiculis horum animalium colligunt. Quod ipsum animal, quia pretium testiculorum naturali instinctu intelligit, de fugâ aliàs desperans, eosdem dentibus & morfu avellit, & in lytrum veluti libertatis abjicit; quæ fabula supra in Castore rejecta fuit. Hæc est communis opinio de *Moscho*, odoramento notissimò. Verùm enim verò nunc quidam arbitrantur; *Moschum esse sanguinem animalis congruatum & putrefactum.* Quò argumentò sæpius pili in Moscho reperiuntur. Etenim dum Dorcas secatur, istæ sanguinis guttæ effluentes pro optimò colliguntur moscho.



AD MATERIAM MEDICAM. 191

scho. *Salmuth, in Pancir. p. 35.* vel bestiolam moschiferam ad necem Chineses verberant, quæ plagis mollitæ putrescunt cum carne pariter atque sanguine. Tum ex pelle, carne & sanguine Incolæ rotundas uncialesque pilas seu crumenu- las conficiunt, quæ filis undique consutæ ven- duntur. Vera si hæc sunt, habeo moschum pro sanguine dorcadis concreto. Ast unde odor? Exponunt radiis solaribus, vel aliundè concili- ant. Cui enim ignotum est illud seplasiariorum, dum moschum evanidum novò imprægnant o- dore, immittendo eundem in Camarinas, vel etiam puerorum. Reliquas notas vel adulteria vid. in Autor. adlegatis, & in *specie Salmuth in Panc. p. 36. b.* Odoramenti hujus vires satis di- gnè describere non valeo. *Vid. Dispens. it. Schott. Phys. curios. p. 1067.* Murem vero marinum (*Wiesem-Rahe*) *Vide apud Clusium Auctar. p. 375.*

XIIX.

*Oesypus* corruptè *Hysopus* humida, est nihil aliud, quàm lanarum succidarum pingvedo. Mo- dum conficiendi vide in *Schraed. l. V. pag. 304.* E- mollit & discutit hinc dolores, consopit. Item in luxatis partibus, & contusionibus, utiliter ad- hibetur.

XIX.

*Sericum* advehebatur olim à populis, qui Se- res dicebantur, quorum regio hodiè China voca- tur. Vid. plura de Serico, ratione usûs mechani- ci & textorii in *Pancir. l. 2. p. 305.* Nos considera- mus tantum, quatenus habere dicitur vim cor-

N

dialem



dialem, & reficiendi spiritûs vitales, juxta communem, qva de causâ etiam in expellendis morbillis Sericum purpureum, ut & in Angina externè commedant. Cui bono die Braut-Sende commendetur, norunt Neonymphæ. Hinc varias ingreditur officinarum compositiones, v. g. *Species Dia-moschi dulcis, dia-pleres Archonticon cordiales temperatas, Confectionem Hyacynthi, Conf. cordial. Alexandri Bened. Syrupum de pomis, de corticibus citri, & Confectionem Alkerm.* Ast dic mihi, sodes, cur locò Serici non adsumserint blauen Zwirn-Saamen? Nam eundem haberet effectum, si exstaret. Ideò dico, μετὰ πολλῆς Φαντασίας Sericum has & alias formulas medicamentorum ingredi: Effectus enim subest nullus. *Vid. Hoffm. Paralip. p. 657. & Malpighii anatom. bombycis, ut & Daniele Ludovic. de Pharmac. mod. sec. applic. nobis in omnibus hîc consentientem.*

## XX.

*Byffus* eadem ratione hûc referri potest, qvâ *Sericum*. Verùm qvoniam ratione usûs tam nota non est, remitto lectorem ad *Ol. Wormii Museum*, ubi duplicem inveniet, terrestrem, & marinum. *p. 139. 140.*

## XXI.

*Ova Struthionum* mihi revocant in memoriam *ova Sturionum Sale condita, & in massam coactam*, ab Italis vocata, *Caveare, Caviaro* (caviare, liqvore salato di pesce, hoc garum) qvanquam



quam *Schott. in Phys. cur. p. 1356.* ex ovis *Hufonis* præparari dicat *Caviaro*. Advehitur magnâ copia ex *Moscovia* in *Italiam*, estque massa, Saponem *Hamburgensem* viridem colore & substantiâ referens. Itali ac *Siculi* in deliciis habent, & totâ *Quadragesimâ* comedunt cum *Lactucis*; quod nec *Græci* intermittunt, dum jejunii tempore panem & *Caviarum* adsumunt. Ast *Judæi* quoniam sciunt, *Sturiones* squamis carere, abstinere jussu legis, *Lev. II, 9. 10.* à *Caviaro* præscripto, & ova *Cyprinorum* ita salire norunt, ut optimè sapinat, atq; ex iis *Caviare rubrum* conficiunt. Vid. *Bellon. L. I. obs. 57. p. 171.* Vide de *Caviaro* & *Botarge*, *Garro ac Muria*, *Salmuth in Pancir. p. 308. seqq. L. 2.*

XXII.  
*Zibethum* non est semen *Civetæ*, nec fudor, nec testiculi aut scrotum, quia nihil olent; sed est excrementum proprium, substantiæ glandulose folliculorum, qui sunt in mare, intra genitale & testes, in foemina, inter genitale & alvum, quæ tale gignit insitâ & propriâ vi, ac facultate, ut ventriculus chylum, mammæ lac generant. Porro, utile esse excrementum, odoris suavitas evincit, quæ perfectam coctionem & naturæ dominium demonstrat. Substantia ejus est pingvis & unctuosa, consistentiam mellis seu butyri habens, varios juxta diversas ætates nanciscens colores. Vid. *Schott. Phys. cur. de Civetta*. Unde & quem in finem odoris fragrantia? edisserit *Castellus*: vel, ut irritentur animalia talia ad coi-



❧(o)❧

tum, vel ut ad idem, remedium sit homini. Ejus enim gratia animalia fuerunt creata. Vel denique, ut iste odor inserviat Animali ad venandum, & ad se allicienda animalia alia, ut de Pantheræ odore dicunt. Plura de Zibethi naturâ, usu & adulteriis, vide in *Hyenâ odoriferâ Petri Castelli*.

---

## CONCLUSIO.

**E**T tantum impræsentiarum de *Manuductione ad Materiam Medicam*, quæ, *Philiatri lectissimi*, æqui bonique consuletis: siquidem vestrum in Commodum hæc ex optimis Autoribus ( qui vobis propter tenuem sortem interdum ad manus esse non possunt ) collegi, non, quod plura addere non potuissem ex Classe simplicium aut Naturalium; sed magis, ne, quoniam horum vix ubi-vis habemus simplicem veritatem, novis subinde inhiemus; relicta tamen libertate plura subinde scrutandi, & sub *Experientiæ Incudem* revocandi. Nihil enim æquè *Praxi nostræ* nocet, quam præpostera sine *Rationis*, vel *Experientiæ Trutinâ*, facta *Credulitas*. Jam, juxta *Senecam*, utrumque est in vicio, & omni, & nulli credere, illud siquidem oscitantiam, hoc pervicaciam involvit. Maxime hæc vera esse declarat *Vulgus*, qui decipi se magnopere gaudet, & quia omnem suam fiduciam in *Rebus exoticis*, & quæ difficulter

ter



ter obtinentur, collocat, facillime postmodum, etiam falsissima credit, atque pro veris reputat: ut videre est in Experimentis, quæ circa Res diversas naturales, speciatim illas, quæ ex Indiis adferuntur, instituit non sine præconio Nobiliss. Redi. Nullus proinde dubito, quin, si reliqui Mystæ, circa latitantem adhuc Naturæ Thesaurum, paria fecerint, brevi temporis Intervallo, si non perfectissima, longe tamen perfectior, atque in Veterum Monumentis habetur, exstitura sit.

*Cognitio Materiae Medicae.* Nam, profecto, simplici fide, Versione, Relatione, Exscriptione, Commendatione, nullâ factâ cum Ratione & Experimentiâ, collatione, Natura obfuscat magis, quam illustratur. Tandem ex simplicium Examine non erit quoque postea difficile, Compositorum qualitates atque operationes, judiciole & in salutem Proximi, investigare, prout jamdudum Zwælferus, aliique, & novissime Th. Willisus in Pharmaceutica Rationali præeunte Pyrotechniâ, laudabiliter hoc præstiterunt. Liberum hinc est cuilibet, suum in Naturalibus Talentum fœnerare, quod coronidis loco, Lactantii effatum abunde confirmat: *Sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo judicio inventa Majorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod Majorum nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia Minores vocantur, aut illi despuerint, quia Majores nominantur. l. 2. D.*

Inst. c. 7.

N 3

CATA-

i. Ejus  
Vel de-  
venan-  
e Pan-  
atu-

uctione  
tissimi,  
m in  
vi vo-  
manus  
adde-  
Natu-  
ix ubi-  
subin-  
a sub-  
em re-  
nocet,  
ientia  
mecam,  
dere,  
am in-  
ulgus,  
nnem  
fficul-  
ter



# CATALOGUS AUTORUM.

Bald. <i>Angelus Abbas.</i>	Jac. <i>Cornutus.</i>
Alois. <i>Angvillara.</i>	Christ. <i>à Costa.</i>
Pr. <i>Alpinus.</i>	Joh. <i>Crato.</i>
Joseph. d. <i>Aromatarius.</i>	Osvv. <i>Crollius.</i>
Bric. <i>Bauderonus.</i>	Kenelm. <i>Digby.</i>
Casp. <i>Baubinus.</i>	Pedac. <i>Dioscorides.</i>
Dan. <i>Beckerus.</i>	Remb. <i>Dodonæus.</i>
Joh. <i>Begvinus.</i>	Laur. <i>Eichstadius.</i>
Hon. <i>Belli.</i>	<i>Ephemerides Gallicæ.</i>
Petr. <i>Bellonius.</i>	<i>Germanicæ.</i>
Lud. d. <i>Bils.</i>	Theoph. <i>Eresius.</i>
Paul. <i>Bocco.</i>	Ægid. <i>Everhardus.</i>
Jac. <i>Bontius.</i>	Pet. Joh. <i>Faber.</i>
Boët. d. <i>Boot.</i>	Joh. <i>Fabricius Hildanus.</i>
Petr. <i>Borellus.</i>	Joh. <i>Fernelius.</i>
Fr. Mar. <i>Brancatius,</i> Car-	Causab. <i>Ferrandus.</i>
dinal.	Claud. <i>Galenus.</i>
Balth. <i>Brunnerus.</i>	Lud. <i>Gansius.</i>
M. <i>Charasius.</i>	Conr. <i>Gesnerus.</i>
Barth. <i>Carrichter.</i>	Nehem. <i>Grew.</i>
Petr. <i>Castellus.</i>	Joh. <i>Hartmannus.</i>
Jul. Cæs. <i>Claudinus.</i>	Joh. Bapt. <i>Helmontius.</i>
Carol. <i>Clusius.</i>	Henric. ab <i>Heer.</i>
Aug. <i>Clutius.</i>	<i>Hippocrates.</i>
Joh. Bapt. <i>Codronchius.</i>	Casp. <i>Hoffmannus.</i>
Anton. <i>Colmenerus,</i> d.	Joh. <i>Hornius Lugd.</i>
Ledesma.	Gisb. <i>Horstius.</i>
Fab. <i>Columna.</i>	Garz. ab <i>Horto.</i>

Ferr.



## CATALOGUS AUTORUM.

Ferr. <i>Imperatus.</i>	Luz. <i>Riverius.</i>
Dion. <i>Jongvett.</i>	Ph. Jac. <i>Sachs.</i>
Just. Fid. <i>Klobius.</i>	Angelus. <i>Sala.</i>
Aug. <i>Lacuna.</i>	Henr. <i>Salmuth.</i>
Matth. <i>Lobelius.</i>	Alex. <i>Santorellus.</i>
J. Petr. <i>Lotichius.</i>	Casp. <i>Schottus.</i>
Dan. <i>Ludovicus.</i>	Joh. <i>Schræterus.</i>
Amat. <i>Lusitanus.</i>	<i>Seneca.</i>
J. Chrysoft. <i>Magnenus.</i>	Dan. <i>Sennertus.</i>
Marc. <i>Malpighius.</i>	Lud. <i>Septalius.</i>
Joh. <i>Manardes.</i>	Wend. <i>Sibilista.</i>
Barth. <i>Maranta.</i>	Rein. <i>Solenander.</i>
Evd. <i>Mæbius.</i>	Adr. <i>Spigelius.</i>
Renat. <i>Moreau.</i>	Jac. <i>Spontonus.</i>
Petr. <i>Morellus.</i>	Joh. Bud. à <i>Stapel.</i>
Adr. à <i>Mynsicht.</i>	N. <i>Starkey.</i>
Joh. <i>Neubofius.</i>	Nic. <i>Steno.</i>
Burchard. <i>Niderstedius.</i>	Fr. <i>Sylvius.</i>
Dom. <i>Panarolus.</i>	<i>Tabernamontanus.</i>
Gvid. <i>Pancirollus.</i>	Andr. <i>Thonerus.</i>
Ambr. <i>Paræus.</i>	Fr. <i>Valeriola.</i>
Jac. à <i>Partibus.</i>	Georg. Hier. <i>Velschius.</i>
Sim. <i>Pauli.</i>	Andr. <i>Vesalius.</i>
Gvil. <i>Piso.</i>	Joh. <i>Veslingius.</i>
V. P. <i>Plempius.</i>	Joh. Georg. <i>Volkamer.</i>
Joh. <i>Polemannus.</i>	Joh. <i>Waleus.</i>
Petr. <i>Poterius.</i>	Joh. Jac. <i>Wepferus.</i>
Jac. <i>Primerosius.</i>	Joh. <i>Wierus.</i>
Zach. à <i>Puteo.</i>	Th. <i>Willis.</i>
Fr. <i>Ranchinus.</i>	Ol. <i>Wormius.</i>
Casp. <i>Reyesius.</i>	Joh. <i>Zwelferus.</i>



(o)

# INDEX

## RERUM NOTABILIVM.

A.

<b>A</b> <i>Bsintbium Ægyptiacum. pag. 43. Sardonium.</i>	
<i>ibid. Scripbium.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Acaiba.</i>	71
<i>Acaju.</i>	71
<i>Adamas.</i>	24. 25
<i>Adulteria gemmarum.</i>	24
<i>Ægagropila.</i>	178
<i>Ærugo.</i>	27
<i>Æs viride.</i>	27
<i>Æthiopia.</i>	15
<i>Ætites. 17. uterum non extrahit.</i>	18
<i>Agallochum.</i>	57
<i>Agaricus.</i>	61. 62
<i>Album graecum 183. an praestet gemmis?</i>	7
<i>Album nigrum.</i>	183
<i>Alcanna rad.</i>	52
<i>Alcyonium.</i>	188. 189
<i>Albandal.</i>	77
<i>Aloë 119. 120. non est basis omnium pilularum.</i>	121
<i>Alumen plumosum 18. Scajolum</i>	14
<i>Ambra 35. Liquida</i>	136
<i>Amethystus</i>	25
<i>Amiantus lap.</i>	18
<i>Amomum 94. 95. est spec. Myrti americanae 95. non est rosa de Hiericho</i>	95
	<i>Amomia-</i>



INDEX RERUM NOTABILIUM.

	<i>Ammoniacum gum.</i>	131
	<i>Anacardium</i>	71
	<i>Anchusæ quid?</i>	52
	<i>Anil</i>	31
	<i>Anisum Siberia 95. 96. Insularum Philippinarum ib.</i>	
	<i>Animè 131. non est Bals. peruv.</i>	127
	<i>Antibecticum Poterii</i>	34
	<i>Antimonium</i>	27
	<i>Antispodia</i>	167. 168
	<i>Antophylli</i>	96. 97
	<i>Arac</i>	188
	<i>Arbor cacaoifera</i>	73
	<i>Areca</i>	9
	<i>Argentum 28. vivum</i>	29
	<i>Armenius lap.</i>	19
	<i>Aromata 89. 92. aromata qualia inducant incom-</i> <i>moda 90. 91. sunt genuina confortantia 92. sunt</i> <i>anodyna</i>	91
	<i>Aroma Indicum</i>	94
	<i>Arsenicum album 28. rubrum</i>	ibid.
	<i>Artificium braxandi</i>	190
	<i>Asa dulcis 121. fætida</i>	123
	<i>Asinus Indicus</i>	176
	<i>Asbestus</i>	18
	<i>Asphaltum</i>	35
	<i>Auricula Jude</i>	62
	<i>Aurum musicum</i>	28
	<i>Autopsia quotuplex 2. Materia Medice cognitionem</i> <i>promovet</i>	2. 4. 7
	<i>Axungia vitri</i>	31

N 5 Baaras

M.

ium.

ibid.

71

71

14. 25

24

178

27

27

15

18

57

61. 62

7

183

52

189

77

121

14

136

25

18

non

95

nia-





INDEX RARITATUM

B.

<b>B</b> <i>Aaras rad.</i>	15
<b>B</b> <i>Bacca alkakergi.</i>	85
<i>Laur.</i>	88
<i>Spina Cervi.</i>	ibid.
<i>Balanus Myreptica</i>	72
<i>Balsamum Tolutanum &amp; Peruvianum, non differunt specie</i>	127
<i>Balsamum 124. 125. Chilense 127. Indic. ibid. de Tolu</i>	
<i>127. Peruviam. ibid. Europæum</i>	41
<i>Bdellium</i>	128. 129
<i>Been. fr.</i>	72
<i>Benzoe</i>	121
<i>Bezoar Lapis 180. Orientalis. 181. occident. 180. Mineralis siculus</i>	182
<i>Bitumen judaicum</i>	36
<i>Blatta Byzantina 36. ejus succedaneum</i>	37
<i>Boletus Cervi</i>	61
<i>Bolus</i>	8. 9
<i>Bon gran.</i>	85
<i>Botarge</i>	192
<i>Botrys regia</i>	65
<i>mexicana</i>	65
<i>Bufo</i>	151. 152
<i>Byssus</i>	191

C.

<b>C</b> <i>Aca huagvabuitl</i>	73
<b>C</b> <i>Cacao fr.</i>	73
<i>Cachunde</i>	74
<i>Cadmia 30. botrytis 32. fornacum 30. fossilis. ibid. metallica. ibid.</i>	Cala-





RERUM NOTABILIIUM.

	<i>Calamus aromaticus</i>	98. 99
15	<i>Calculus humanus</i>	182. 183
85	<i>Calsueé</i>	26
88	<i>Camaru Pisonis</i>	85
ibid.	<i>Camphora</i> 129. non castrat Mares odore 130. excitat venerem. ibid. non est frigida.	ibid.
72	<i>Cancamum.</i>	138
liffe-	<i>Canella</i> 102. alba.	105
127	<i>Cantharides,</i>	153
Tolu	<i>Caranna.</i>	138
41	<i>Carcharias.</i>	165
.129	<i>Cardamomum.</i>	99. 100
72	<i>Carice.</i>	75
121	<i>Carpobalsamum.</i>	101. 125
Mi-	<i>Caryophyllus aromaticus</i> 96. 97. Regius.	96. 98
182	<i>Cassia caryophyllata</i> 103. lignea. 101. Siliquosa.	74
36	<i>Cassonata.</i>	42
37	<i>Castanea indica.</i>	183
61	<i>Castoreum.</i>	174
8.9	<i>Caviaro.</i>	191. 192
85	<i>Cera</i> 183. catholica Burrhi.	184
192	<i>Cerat Dia - palme</i> 78. <i>Stomchale Cratonis.</i>	145
65	<i>Chalcanthum.</i>	12
65	<i>Chalcitis</i> quare ingrediatur Theriacam.	13
1.152	<i>Chamaeleagnus.</i>	65
191	<i>Characteres an habeant virtutem?</i> 16. <i>Monocerotis.</i>	176. 177
73	<i>Chermes gr.</i>	87
73	<i>China - Chine.</i>	104
74	<i>Cholagogum insuccatum.</i>	143
ibid.		Cholo-
ala-		



# INDEX

<i>Cholococcus.</i>	44
<i>Choloxycratum.</i>	186
<i>Chrysocolla.</i>	30
<i>Chrysomela.</i>	77
<i>Cineres clavellat.</i>	31
<i>Cinnamomum.</i>	701
<i>Cingulum ex cario humano.</i>	184
<i>Citria mala.</i>	76
<i>Citronata</i>	76
<i>Cobaltum.</i>	30
<i>Cocculi di Levante.</i>	43.44
<i>Coccinella.</i>	153. 154
<i>Coccus 43. 44. 80. Baphis. 44. 87. de Maldiva. 81.</i>	
<i>maximus.</i>	80
<i>Cochinilla.</i>	153
<i>Coffé potus.</i>	86
<i>Cognitio Seminum facit ad Complementum Botani-</i>	
<i>ces.</i>	42
<i>Colcothar.</i>	76
<i>Colocynthis.</i>	76
<i>Color Balsami apoplectici unde.</i>	36
<i>Comosis.</i>	183
<i>Confectio Anacardina. 71. Sapientum. ibid. Stulto-</i>	
<i>rum. ibid. Alkermes.</i>	86
<i>Confortantia præter aromata nulla.</i>	91. 93
<i>Conchæ non sunt leprose.</i>	38
<i>Convolvulus Indicus.</i>	117
<i>Copal.</i>	138
<i>Corallia.</i>	37
<i>Cor D. Thome.</i>	83
	Cornu



RERUM NOTABILIUM.

44	<i>Cornu Cervi.</i>	163
186	<i>Corrosiv - Farbe.</i>	31
30	<i>Cortex Winteranus.</i>	106
77	<i>Corpus sine anima.</i>	142
31	<i>Costus odoratus.</i>	105
701	<i>Cottus.</i>	43
184	<i>Cotula Elephantina.</i>	43
76	<i>Cranium humanum.</i>	165
76	<i>Crepitus Lupi.</i>	62
30	<i>Crocus.</i>	106. 107
3.44	<i>Cubeba.</i>	111.
. 154	<i>Curcuma. 100. est species Croci.</i>	108. 109
1. 81.	<i>Cydonia mala.</i>	77
80	<i>Cynospastus.</i>	15
153		
86		
ani-		
42		
76		
76		
36		
183		
ulto-		
86		
91. 93		
38		
117		
138		
37		
83		
Cornu		

	<b>D.</b>	
	<b>D</b> <i>Aetylus fr.</i>	78
	<i>Decoct. Tamarind.</i>	78. 79
	<i>Dentalia.</i>	37. 38
	<i>Dentes Carcharie 166. an sint Glossopetra? ibid. E-</i>	
	<i>lephantis. 166. Hippopotami.</i>	167
	<i>Diagrydium.</i>	143
	<i>Doronic. rad.</i>	54. 55
	<i>Dysenteria, an à Cassia fistulosa?</i>	174. 175
	<b>E.</b>	
	<b>E</b> <i>Bur.</i>	167
	<i>Elaterium.</i>	150
	<i>Eleosaccharum Bals. Peruv.</i>	128
	<i>Elemi. g.</i>	131
	<i>Emplastrum de Artanita.</i>	46
	<i>Entalium.</i>	37. 38
		<i>Ener-</i>



INDEX

<i>Energia gemmarum.</i>	24. 26
<i>Erd- Crocodill.</i>	159
<i>Errores in preparatione Medicamentorum.</i>	6
<i>Essentia cortic. Chinæ- Chinæ 104. Pini.</i>	84
<i>Euphorbium.</i>	130

F.

<b>F</b> <i>Abæ purgatrices.</i>	83
<i>Faldellæ de Cotto.</i>	43
<i>Fel Perdiciis 186. vitri.</i>	31
<i>Ferula Galbanifera.</i>	132
<i>Fœniculum Sinense.</i>	96
<i>Flores æris 27. Melampi 183. Tunicæ.</i>	96
<i>Fluores.</i>	24
<i>Ficus Indica.</i>	75
<i>Fides mercantium circa naturalia debet esse infucata.</i>	3
<i>Folium Barbaric. 110. Indicum.</i>	ibid.
<i>Fragmenta 5. Lapp. preciosorum.</i>	25
<i>Fructus Palmæ Cuciophoræ.</i>	82
<i>Fungus Chirurgorum. 61. quernus. 62. Sambuc. ibid.</i>	ibid.
<i>Fusti.</i>	98

G.

<b>G</b> <i>Alanga.</i>	111
<i>Ganannaperis.</i>	104
<i>Gemma.</i>	23
<i>Gemsen- Kugel.</i>	179
<i>Glacies Mariæ.</i>	21
<i>Glans unguentaria.</i>	172
<i>Glastum.</i>	31
<i>Glossopetra.</i>	11. 12. 165
	Gotham



RERUM NOTABILIUM.

	<i>Gossampinus.</i>	41. 42
	<i>Gossypium.</i>	41
	<i>Grana Tilli.</i>	45
	<i>Gulo.</i>	84
	<i>Gummi Juniperin. 133. de Perū.</i>	132. 133
	<i>Gutta gemeau.</i>	132

H.

	<b>H</b> <i>Eliotropium tricocon.</i>	33
	<b>H</b> <i>Herba Betele. 9. Casta 69. Dutroa. 69. Sensiti- va 70. Sensitiva non sola Tactum hominis fugit. 70. viva.</i>	69
	<i>Hermodactyli. rad.</i>	49
	<i>Hirculus herba.</i>	116
	<i>Hipposorcbis.</i>	175
	<i>Holotburia.</i>	188
	<i>Horti biemales.</i>	64
	<i>Hovos arbor.</i>	79
	<i>Hyena odorifera.</i>	192
	<i>Hydrargyrum.</i>	29
	<i>Hyssopus humida.</i>	191
	<i>Hysterolithus.</i>	61. 165

I.

	<b>I</b> <i>Ataiba.</i>	127
	<b>I</b> <i>cica.</i>	131
	<i>Ichthyocola.</i>	189
	<i>Jesuita cur camphoram mastigent?</i>	130
	<i>Indacum.</i>	31
	<i>Judicium de Medicamentorum qvalitate, à Medico requiritur.</i>	2

Keeg-

26  
159  
6  
84  
130  
  
83  
43  
31  
132  
96  
96  
24  
75  
ica-  
3  
bid.  
25  
82  
bid.  
98  
  
111  
104  
23  
179  
21  
172  
31  
2. 165  
nam



INDEX

K.

<b>K</b> Κεράσια.	177
Κερατωνία.	85
Krähnen-Neuglein.	82
Κερατίνη.	177

L.

<b>L</b> <i>Lacca florentina.</i>	31. 32
<i>Lacca gummi.</i>	139
<i>Lacryma cervi.</i>	182
<i>Ladanum gummi.</i>	145
<i>Lagmos.</i>	32
<i>Lapis etit. 17. Calaminaris 30. Lazuli, an recte ingrediatur Confectionem Alkermes? 87. 88. fell</i>	
<i>Buo. 186. Nephriticus, 26, &amp;c.</i>	
Λάσταυροι.	110
<i>Laudanum opiatum.</i>	149
<i>Lentiscus Peruviana.</i>	127
<i>Ligustrum Indicum.</i>	52
<i>Lignum aloës.</i>	57
<i>Limonia mala.</i>	76
<i>Lingua avis.</i>	45
<i>Liquidambra.</i>	136
<i>Liquor Ambia.</i>	136
<i>Lithontripticum, an detur?</i>	20. 21
<i>Lobob de Pulm. vituli.</i>	177
<i>Lumbrici terrestres.</i>	155
<i>Luta aquarum Thermalium.</i>	8
<i>Lycopodium.</i>	185. 186

*Macer.*



RERUM NOTABILIVM.

M.

177	<b>M</b> <i>Acer.</i>	III
85	<b>M</b> <i>Macis.</i>	112
82	<i>Magisteria non sunt confortantia 93. Perlarum, de-</i>	
177	<i>bet in collyriis rite edulcorari.</i>	39
	<i>Malabtrum fol. 110. non caret radice. 111. fructus. 101</i>	
	<i>Manna 146. Thuris.</i>	150
31. 32	<i>Margaritæ non sunt Lepra Concharum.</i>	39
139	<i>Marmelada.</i>	78
182	<i>Marmelos.</i>	77
145	<i>Maslach.</i>	149
32	<i>Mastiche.</i>	136
te in-	<i>Materia Medica, sine autopsia haberi nequit.</i>	1. 2
3. fell	<i>Meconium.</i>	147
	<i>Medicamenta contra sterilitatem.</i>	175
110	<i>Medicus est artifex sensatus.</i>	I
149	<i>Meleguetta.</i>	100
127	<i>Metel nux.</i>	84
52	<i>Mell.</i>	189
57	<i>Meteglin Anglorum.</i>	190
76	<i>Mineralische Graupen.</i>	30
45	<i>Molle Peruvianorum.</i>	127
136	<i>Mnemonetica caute adhibenda.</i>	72
136	<i>Monoceros.</i>	176
20. 21	<i>Moschus.</i>	190
177	<i>Moza recens natorum.</i>	142
155	<i>Mumey Brunsvicensium.</i>	157
8	<i>Mumia. 156. in Medicina non habet usum internum</i>	
35. 186		157. 158
	<i>Muscus Cranii humani.</i>	185
Macer.	<i>Mutter-Zimmet.</i>	103
		O
		Myroba.



## INDEX

*Myrobalani an purgent?* 79  
*Myrrha.* 137

### N.

**N** *Ardus Celtica 115. Indica, non est venenum.* 116  
*Narthex.* 132  
*Neleken-Zimmet.* 103  
*Nidi hirundinum 186. abium Indicarum.* 188  
*Nihil album.* 32  
*Nux Indica an ad palmas? 80. Metel 84. Moschata 112. 13. Vomica 82. an recte ingrediatur Electuarium de ovo?* 80

### O.

**O** *Cubi cancrorum.* 162  
*Odores nutriunt.* 94  
*Oesyphus.* 191  
*Oleum palmae 78. Talci 22. 23. de Been, non fitr acidum. 83. Heraclin. Rulandi. 63. Liqvidambr destillat. 26. Stomachale Crat.* 146  
*Olibanum.* 150  
*Onyx.* 36  
*Opiata.* 148  
*Opium.* 147  
*Opobalsamum.* 115  
*Opoponax.* 134  
*Orca.* 40  
*Oryx bisulca.* 176  
*Os cranii humani triqvetrum.* 170  
*Ossa cordis cervi.* 169  
*Ossa humana fracta quando ferrum inentur.* 22  
*Osteocola.* 21. 22  
*Ostrea non sunt leprosa.* 39

### P.

**P** *Alma cuciohora.* 82  
*Panax Heracleum.* 134  
*Paris. Rörner.* 100  
*Pellis humana curat Apoplexiam.* 184  
*Pers de Flandre.* 32  
*Pezzette di Levante.* 33-34  
*Physici*



## RERUM NOTABILIVM.

79  
137  
116  
132  
103  
188  
32  
3. Vo-  
80  
162  
94  
191  
3. He-  
hale  
146  
150  
36  
148  
147  
115  
134  
40  
176  
170  
169  
22  
21. 22  
39  
82  
134  
100  
184  
32  
33-34  
pbyfici

<i>Physici circa rerum naturalium operationes adhuc sunt dubii.</i>	6	<i>Ricinus Americanus.</i>	45
<i>Bili leporis male recipiuntur in Lohob de Portulaca.</i>	180	<i>Rosa de hiericho non est succedaneum Amomi 95. Non est rosa sed Thlaspi 67. 95. cur se aperiat?</i>	68. 69
<i>Planta in semine formata, antequam Terra committitur.</i>	42	<i>Rasma.</i>	29
<i>Piper 114. duae tantum sunt species.</i>	ibid.	<i>Rusticus manum fidicinis devorans non pulsat testudinem artificiosius.</i>	177
<i>Pisces Monocerotes.</i>	176	<b>S</b> <i>accharum.</i>	140
<i>Poma Sinensium.</i>	76	<i>Sal Indicum, an Saccharum?</i>	141
<i>Pompholyx.</i>	32	<i>Saff-grün.</i>	89
<i>Priapolithus.</i>	61	<i>Salamandra medica.</i>	31
<i>Priapus Ceti.</i>	170. 171	<i>Sandaracha arabum. 13. graecorum.</i>	28
<i>Propolis.</i>	183	<i>Sanguis asini 171. Hippopotami 167. birci.</i>	171
<i>Pseudo-myrobalani.</i>	79. 80	<i>Santerna.</i>	31
<i>Psilothra.</i>	29	<i>Scammonium.</i>	142. 143
<i>Pulvis Comitum de VVarbick 141. Febriis Crollii 39. Strobelbergeri ibid. Sympatheticus 13. 14. Syrius 143. Nidorum hirundinum an in tussi</i>	186. 187	<i>Schananthum.</i>	116
		<i>Scincus marinus.</i>	159
		<i>Scorpiones.</i>	158
		<i>Secundina.</i>	173
		<i>Selenites.</i>	21
		<i>Semen Cine 43. Fraxini 45. Gossypii 42. Manne. 45. Sc.</i>	
		<i>Sericum.</i>	192
		<i>Siegel-Lack.</i>	139
		<i>Siliqua 85. Sirup de siliq. ibid.</i>	
		<i>Sophisticatio Genitalium.</i>	52
		<i>Sotirella parva Aug.</i>	149
		<i>Species aromatica veterum sunt confortantia 93. diaturbith cum Rhabarb.</i>	51
		<i>Sperma Ceti.</i>	39. 40
		<i>Spica</i>	

Q.

**Q***Vabbe.* 188  
*Wall.* 188

R.

**R***Adices varia.* 46. 56  
*Refinatio Sacchari.* 142  
*Relationes scribentium quotuplices.* 3. 4  
*Resina Carthagenensis.* 138  
*Rhabarbarum 50. Chinense ibid. Ponticum ibid. Monachorum.* ibid.  
*Rhinocerus.* 164



## INDEX RERUM NOTABILIUM.

<i>Spica.</i>	115	<i>Tubuli ex tabaco ad asthma</i>	69
<i>Spiritus vite Rulandi.</i>	77	<i>Turnis.</i>	52
<i>Spodium græcorum.</i>	32. 167	<i>Turpethum minerale</i>	51. <i>Vegetabile.</i>
<i>Spongia marina.</i>	40. 41		51
<i>Spuma Luna.</i>	31	V.	
<i>Stacte.</i>	137	<b>V</b> <i>Ainiglie.</i>	117
<i>Stella Terra.</i>	22	<i>Venenum qbid?</i>	47
<i>Stelliones.</i>	158	<i>Venus Brot.</i>	74
<i>Stercus Crocodili.</i>	181	<i>Vestes citrosia.</i>	76
<i>Stechas arabica.</i>	117	<i>Vogel- Nester.</i>	179
<i>Strepisceros.</i>	176	<i>Vinum confortans maximum</i>	
<i>Styrax.</i>	144. 145	94. <i>anchusatum.</i>	52
<i>Succinum.</i>	41	<i>Virtus Herb. Lapid. &amp; Verborū.</i>	14. 15. 16
T.			
<b>T</b> <i>Abaxair arabum.</i>	52	<i>Viscum Ligni corylini.</i>	63
<i>Tacamahaca.</i>	135	<i>Vitriolum Romanum.</i>	13
<i>Talcum.</i>	22	<i>Unguentum foliatum.</i>	19. <i>contra</i>
<i>Tamarindi.</i>	78	<i>tra beneficia.</i>	63
<i>Tartarus.</i>	151	<i>Unguis odoratus.</i>	36
<i>Tavarcaré.</i>	81	<i>Ungula alcis.</i>	161. 162
<i>Tempus partus Rosâ hierichunticâ falso exploratur.</i>	67. 68	<i>Unicornu animale.</i>	175. <i>fossile.</i>
<i>Terra Sancta.</i>	77	23. <i>vegetabile.</i>	175
<i>Terra medicinales</i>	8. 82. <i>Catechu.</i>	<i>Urtica marina.</i>	188
9. <i>Melitensis.</i>	11. <i>Lemnia est comp.</i>	<i>Usnea.</i>	185
	8. 172	<i>Uva herbae Paridis.</i>	89
<i>Testiculi Castoris</i>	174. <i>Eqvi.</i>	X.	
<i>Teufels = Dreck.</i>	123	<b>X</b> <i>Ylaloë.</i>	55. 58
<i>Thorexis.</i>	94	<i>Xylobalsamum.</i>	125
<i>Thus.</i>	150	<i>Xylocharacta.</i>	85
<i>Tinctura Bals. Peru.</i>	178. <i>Co-</i>	<i>Xylocassia.</i>	101
<i>rall.</i>	37	<i>Xylomarathuum.</i>	60
<i>Tithymalus Charazias.</i>	83	<i>Xylum.</i>	42
<i>Tlilxochitl.</i>	117	Z.	
<i>Tophi Juvencorum.</i>	179	<b>Z</b> <i>Edoaria.</i>	117
<i>Torebina.</i>	175	<i>Zenith Juvencularum.</i>	173
<i>Torna Solis.</i>	33	<i>Zenexton.</i>	173
<i>Tubera Terra.</i>	61	<i>Zibethum.</i>	192
		<i>Zingiber.</i>	117. 118

SOLI DEO GLORIA.



M.  
asthma 69  
52  
le 51. Vege-  
51  
  
117  
?  
47  
74  
76  
179  
maximum  
52  
Es Verborū.  
14. 15. 16  
lini. 63  
m. 13  
m. 19. con-  
63  
36  
161. 162  
175. fossile.  
175  
188  
185  
89  
  
55. 58  
m. 125  
85  
101  
60  
42  
  
cularum. 173  
173  
192  
117. 118









De 4074

De 4074


ULB Halle 3  
002 710 137  


VD 17

M. C.









MAT

PHI  
M

LITERIS

